This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

SYLLOGE COMMENTATIONUM.

SYLLOGE COMMENTATIONUM

QUAM

VIRO CLARISSIMO

CONSTANTINO CONTO

OBTULERUNT

PHILOLOGI BATAVI.

LUGDUNI BATAVORUM
E. J. BRILL.
MDCCCLXXXXIII.

168859

Lugd. Bat. ex typographeo E. J. Brill.

VIRO CLARISSIMO PRAESTANTISSIMO

CONSTANTINO CONTO

DIEM XXIX MENSIS MARTII

ANNI MDCCCLXXXXIII

QUO QUINTUM PUBLICI MUNERIS

IN UNIVERSITATE ATHENIENSI

LUSTRUM CONDIT

EX ANIMI SENTENTIA GRATULANTUR

EIQUE HANC SYLLOGEN QUAM AD SERVANDAM EIUS DE BONIS
LITERIS MERITORUM MEMORIAM COMPOSUERUNT

OFFERUNT

PHILOLOGI BATAVI

SCRIPTORUM NOMINA.

J. W. BECK.
P. H. DAMSTÉ.
C. M. FRANCKEN.
J. J. HARTMAN.
H. VAN HERWERDEN.
D. C. HESSELING.
J. B. KAN.
H. T. KARSTEN.
K. KUIPER.
J. VAN LEEUWEN.
H. W. VAN DER MEY.
J. C. NABER.
S. A. NABER.
H. J. POLAK.
L. PUNT.
K. G. P. SCHWARTZ.
J. M. J. VALETON.
J. VAN DER VLIET.
J. C. VOLLGRAFF.
S. G. DE VRIES.
J. VAN WAGENINGEN.
S. I. WARREN.

LASSUS.

STANFORD LIBRARY

Lassus.

Mittimus Tibi, Vir Clarissime, hoc die festo ac sollemni paucas adnotatiunculas, quas, ut laeto candidoque animo offeruntur, ita Te benigne accepturum confidimus.

Habent sua fata libelli itemque vocabula; quorum alia nascuntur, florent, intereunt, alia immortalia esse videntur. Haec quasi ab incunabulis generis humani per omnia tempora propagata, ad ora terrigenarum mille modis ficta atque aptata, dum homines loquentur, permanebunt; illa aut breviore aut longiore vitae curriculo peracto diem supremum obierunt. — Iuvat nos de vocabulo [1]) neque pervetusto neque in suis regionibus magnopere immutato vel retractato disputare. Nata enim est haec vox in nostra orbis terrarum parte, ubi hodieque floret vigetque. Neque in lingua Graeca omnia huius vocabuli vestigia interiisse credibile est, sed certa proferre quam de incertis hariolari malumus. At omnium maxime placuit Romuli genti; quamquam non homini locupleti, sed pauperi, sed rustico, sed militi erat aptissimum. Audi, quaeso, Varronem (de L. L. 8, 57): *lassus sum metendo ferendo*, Iust. 28, 4: *lassos milites reficere*, audi etiam, quod

1) r. *lad-*, unde *lad-tu-s* = *lassus*; got. *lat-jan* = *lassare*, got. *letan*, germ. *lassen*; fr. gall. etiam in interiectione *hélas!* (= *ha las*), cet.

STANFORD LIBRARY

Hieronymus dicit ep. 102, 2 (Aug. ep. 68, 2): *memento .... vulgaris*(!) *proverbii, quod bos lassus fortius figat pedem.*

Neque minus rustice loquitur Petronius (§ 134): *ne a puero quidem te vindicasti, sed mollis, debilis, lassus, tanquam caballus in clivo, et operam et sudorem perdidisti.* Atque in ore populi iam diu fuisse proverbium: *„a lasso rixam quaeri"* auctor est Seneca (de ira 3, 10). Neque frustra hanc vocem quaerimus in comoediis Plautinis, quae eam (ut unum exemplum afferam) ad denotandos servos, nebulones, parasitos meretricesque nocturnis diuturnisque libidinibus delassatos recipiebant (Cist. 2, 1, 8; Truc. 2, 3, 6; As. 5, 2, 23). Quo cupidius vulgus profanum et sermo cotidianus sibi arripiebat hoc adiectivum, eo magis despiciebant, qui sermonem urbanum colebant (Caesar, Cicero) quique eos sectabantur quamvis longo intervallo (Livius, Tacitus). An tantuli est quod apud scriptorem belli Alxandrini (30) legimus: *lassos itinere ac proeliando milites ....*, apud Sallustium, Iug. 53, 5: *Romani quamquam itinere atque opere castrorum et proelio fessi lassique erant* —, cum Caesar B. G. 1, 40 dicat: *diuturnitate belli defetigati(s) Galli(s)*; Cic. de Div. 1, 44: *Veientes bello fessi*; id. de Or. 2, 57: *defessus iam labore atque itinere*, Liv. 21, 11: *fessum militem proeliis operibusque*; Tac. hist. 3, 2: *valetudinibus fessos?* Neque hoc loco Horatius praeteriri potest, qui semel in carminibus (2, 6, 7), saepius tamen in sermonibus hanc vocem adhibet. Nescio autem an non aptius vocabulum in hoc carmine, ubi de laboribus militiae est sermo, invenire potuerit. At moneo purioris sermonis studiosos illos viros vocabula a „lassus" deducta fere omnes dilexisse. Etsi a viris primariis spretum erat, tamen animis Romanorum iam ita erat infixum, ut deleverint neque Caesares neque Cicerones.

Namque Ennii patris Annales (e. g. 296 M.) legebant pueri

et ab Ennii temporibus irrepebat in poetarum libros. Praeterea ex angusto circulo prodibat in latissimum campum: florebat et augebatur usu. Ennii exemplum sequebantur Terentius, Lucretius, Vergilius, Propertius, Ovidius, Horatius, Statius aliique [1]). Ad varias res eam vocem aptare incipiebant (cf. etiam adn.), velut in carmine lascivo Scaevola (aequalis Ciceronis) apud Charisium (101 K.): *lassae clunes* et Plinius N. H. suo more: *terram lassam* (17, 40), *vites lassas* (210); cuius vocabuli vim Plinius minor (ep. 6, 21, 1) minuere studet adiecta voce „quasi": *quasi lassa et effeta natura.* Antiqua autem eius significatio, quae labores operis cotidiani multorum hominum indicat, manebat. Adiungebant plerumque causam, ut Plautus: *lassus opere faciundo,* Varro: *metendo ferendo*, alii: *itinere et proeliando*, Seneca (de brev. vitae 20, 2): *turpis ille*, *qui vivendo lassus citius quam laborando inter ipsa officia collapsus est.*

Hanc fuisse praecipuam significationem etiam apparet ex eorum libris, qui de differentia verborum scripserunt. Testatur enim Diomedes (376 K.) Verrium Flaccum laudans et Anonymus in magna illa sylloge differentiarum [2]): inter *fessum* et *fatigatum* et *lassum:* fessus animo et corpore est, fatigatus itinere motus(?), lassus vero diei labore vel multo itinere.

Itaque olim in lectionibus Porphyrioneis ad Horatii schol. od. II 3, 4 sic legendum esse existimavi [3]): moriendum est etsi *lassus* etsi largus vixeris, ubi ms. pro „lassus" „lascivus". Utitur hoc vocabulo et ipse Porphyrio ad epod. 2, 63: languido autem collo] *lasso.*

---

1) Ter. Andria 2, 1, 4: *animus lassus*, Lucr. 6, 1246: *lacrimis lassi luctuque redibant*, Verg. Aen. 9, 436: *lassove papavera collo*, Prop. 3, 5, 12 Ovid. Am. 3, 5, 1 *lassi oculi* (Met 7, 579 *lassa lumina*), cet.

2) De differentiarum scriptoribus latinis p. 57.

3) Ad Pomponium Porphyrionem 1886, p. 46.

At summa fastigia rerum secutus sum multa occasione data fusius tractaturus.

Vivit adhuc vocabulum „lassus" quamvis deformatum in vocabulis tritissimis apud multos populos et vivet, quia *„usus voluit, quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi."*

J. W. BECK.

Groningae.

VERSIBUS ARISTOPHANEIS SUUS LOCUS
RESTITUTUS.

Versibus Aristophaneis suus locus restitutus.

Ubi in Aristophanis Nubibus Strepsiades Socrati affirmavit se si quid ipse deberet, obliviosum esse admodum, hic rogat:

vs. 486: ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει;
Str. λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστ', ἀποστερεῖν δ' ἔνι.
Socr. πῶς οὖν δυνήσει μανθάνειν; *Str.* ἀμέλει καλῶς.
Socr. ἄγε νυν ὅπως, ὅταν τι προβάλλω σοι σοφὸν
περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει.

Versus 486 et 487, quos iam Kockius suspectos habebat (neque id immerito ut Blaydes dicit), Meineke tamquam insiticios e versuum contextu sublatos sub paginam reiecit, van Herwerden vero non eos tantum sed versum 488 quoque ut frigidos et insulsos poëtae abiudicavit. Nec facile inveniuntur, ut credo, qui loci integritatem defendant neque versus suspectos cum iis qui subsequuntur male cohaerere, ingenue fateantur.

De medela adhibenda sane alia ratio est.

Locum si quis versus illos eiecerit, meliorem evadere nemo negabit, sed antequam eam corrigendi viam ingrediamur, necesse est explicari posse quomodo in textum pervenerint.

Cum autem nullam interpretamenti speciem praebeant neque ulla causa excogitari possit cur eos sciolus quis inseruisse putandus sit, alio modo locum emendandum opinor.

Versus de suo loco deturbatos esse mihi quidem multo videtur verisimilius atque ita ordinem restituisse mihi visus sum.

Strepsiades se in aere alieno memoria minus valere affirmavit, ad quod peropportune Socrates rogat:

πῶς οὖν δυνήσει μανθάνειν; *Str.* ἀμέλει καλῶς.
Socr. ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει;
Str. λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστ', ἀποστερεῖν δ' ἔνι.

Iam vide annon optime ad illud ἀποστερεῖν, quo tantopere Strepsiades gloriatur, Socratis adhortatio respondeat:

ἄγε νυν ὅπως, ὅταν τι προβάλλω σοι σοφὸν
περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει.

Tu mox videbis, Kontos, Vir Clarissime, num vere in locum quem iis Aristophanes attribuit, versus isti a me sint restituti. Tu enim in auctoribus illis omnium temporum elegantissimis ac clarissimis totus vivis vivesque, si quid valebunt vota mea omniumque quibus cordi sit litterarum studium atque humanitas.

Lugd. Bat.
m. Martio
MDCCCLXXXXIII.

P. H. DAMSTÉ.

„SATIRA QUIDEM TOTA NOSTRA EST".

„Satira quidem tota nostra est".

„Usque adeone Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc „sciat alter" (Persius I, 27) me rogo ipse, dum ad Virum mihi coram non adspectum specimen aliquod doctrinae scribere compellor? Ego vero, Vir praestantissime, nihil ostentationis causa facio, quamquam mea, si qua est, scientia ut tibi probetur gratum erit, ut conveniat potius Lucilium antestari; a Te enim „me scire volo dici, mihi conscius ut sim, Neu damnum faciam" [1]). Scilicet ille, Scipioni puta aut Laelio cuidam explicans, cur poesin suam iis probari vellet, confidentiam sui plausu eorum firmat et haec demum tanquam sua vindicat, quae iis placeant, de reliquis suis, dubiis ac paene nullis, quae proinde nec sciri nec possideri queant, desperans. Veruntamen, fatebor enim, Tua assensio nunc mihi secundaria est, id erit gratissimum, si haec documento Tibi fuerint, quanti a me studia Tua et Graeca doctrina fiant.

„Satira, inquit Quinctilianus (X, 1. 93), tota nostra est" non Graeca. At sive ad drama sive ad dialogos genus referas, assertio dubia est.

---

1) Schol. ad Pers. l.l.: „haec periodus apud Lucilium posita est: ut me scire volo dicimus mimi conscius sum ne damnum faciam". — Quae sequuntur scholiastae sunt sic scribenda: „scire hoc se nescit, nisi alius id <se> scire scierit". Editur „alios id scire". De aliis emendationibus vid. Jahn ad scholia, et Ribbeck, Rh. Mus. NF. XXXIX (1874) S. 127.

Socrates ille, qui dum nihil se scire dicit alios sua scientia praefidentes ad disputandum eliciebat, etsi nihil ipse scripsit, fons tamen fuit litterarum („litteraturae") generis, quod per saecula per varias vicissitudines duravit. Dialogum volo, in quo ut Graece dicam, Plato *οὐδεμίαν ὑπερβολὴν κατέλιπεν.* Nam ut viva vox magistri conticuit, languet genus, nasciturque brevi Dialogus Aristotelius, quem nobis aliunde incognitum non infeliciter Cicero in libris de Oratore expressit. Tertia species est Menippeus, de quo ex fragmentis Timonis Phliasii melius quam ex ipsius reliquiis (Riese, Varr. Sat. p. 245) aliquam speciem nobis informare possumus, quatenus eundem colorem durum, dicacem, inurbanum probabile est Cynicum in dialogis, Scepticum in sillis in irrisione reliquorum philosophorum habuisse. Denique Lucianus saepe Menippum loquentem inducens et in orco principem, quantum in suis dialogis ab eo pendeat ostendit, quamquam magis Menippi personam quam operum argumenta cognoscimus. Iam vero M. Terentii Varronis Reatini satirae erant ipso teste *Menippeae*, ipse a grammaticis, quorum memoriae hoc erat infixum, *Menippeus* appellatus (cf. Riese p. 7, sq.).

At, si Horatio credimus, multo vetustior est origo Satirae Romanae, quam ad veterem Comoediam refert. Nam decessorem suum Lucilium laudans Sat. I, 4, („Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae") v. 6:

> Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus
> Mutatis tantum pedibus numerisque.

Habemus igitur ipsum Romanum de Graeca origine satirae testantem. Sed, per bonos deos, quomodo tale iudicium defendam nescio, nec docet me F. V. Fritzschius, de Scriptoribus Satiricis spec. primo, p. 4, sq. Lucilii carminum satis certe superest, ut mirum effatum Venusini convincere possi-

mus. Aut Graecos non novit Horatius, aut Lucilium ignorat; atqui Lucilium novisse putandus est, ergo —. Et sane de Graecis loquitur tanquam caecus, ut aiunt, de coloribus. Iniuriam facit Aristophani, qui ad modestum quendam et civilem modulum Lucilio aptum eius drama sublime politicum deprimit: „si quis erat fur aut moechus aut sicarius, notabat". Hoc convenit in eum, qui Scipionis et Laelii tegmine tutus audebat Lupos et Carbones convellere iam publica ignominia notatos, aut forte unum aliquem patronorum nobilium adversarium, non in eum, qui Lamachos et Cleones et ipsum senilem Demum adoritur. Si nihil voluit aliud nisi ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν, ut antiquam Comoediam, sic Lucilium ausum esse, fatendum est admodum infelicem in delectu verborum („mutatis tantum pedibus numerisque"!) fuisse. Et quid attinet testimonio Damasippi affirmasse, Horatium Eupolin legisse (Sat. II, 3, 12), aut huius Βάπτας cognitam habuisse Iuvenalem II, 92 (Fritzsche l.l.)? Neminem litterarum bene gnarum haec fallere possunt. Ut brevi dicam: quemadmodum aqua de duro scopulo defluit nullo vestigio relicto, sic evanuerat ex animo Horatii memoria scriptorum, cum quibus nulla Romano ingenio affinitas erat. Testimonium hoc explicandum est e studio Romanorum, quo praeclaris Graecis singulos Romanos opponere solebant [1]). Pro origine satirae Graeca nullum haec pondus habent.

Minus aperta est res de altero loco Horatiano, qui in censum venit I, 10, 66, ubi de Lucilio:

fuerit limatior idem
Quam rudis et Graecis intacti carminis auctor,

---

1) Ceterum satiram ad drama alii quoque referunt, Lydus de Mag. I, 41 Lucilium cum Rhintone, dactylico comoedo, Persium cum Sophrone, mimorum (pedestrium) scriptore mire componit. Nihil sapit Isidorus VIII, 7: „novi comici, qui et Satyrici — ut Flaccus, Persius, Juvenalis, alii" sed tamen docet, Grammaticos, drama satyricum cum satira fortasse confundentes, male satyram drama *esse* dicere.

in quo si verba „rudis et intacti carminis auctor" cum C. F. Hermanno, qui Meinekium habuit assentientem, de ipso Lucilio sunt intellegenda, Lucilius, non Graeci (*Gr. intacti*), est auctor satirae; sed neuter constructionem grammaticam satis expedivit (Herm.: quam pro auctore, Mein. p. XXVI κρείττων ἑαυτοῦ et simm. comparat), de Ennio autem inventore satirae minime intellegi possunt illa (L. Muller, Mewes; diceret Hor. „fuerit Lucilius inventor Satirae limatior quam Ennius inventor satirae suae", ab Horatio nusquam memoratae). Speciose, ut multa, Kiessling (quem ipsum compares, Mewes non recte retulit): „mag er gefeilter sein als irgend ein Verfasser eines carmen rude et Graecis intactum". Potius tamen ego cum Vahleno interpretor de Livio Andronico, qui metro rudi Saturnio Graecis ignoto carmen composuit. Nihil opus est haec pluribus demonstrare. Horatius ipse v. 48 totidem litteris Lucilium inventorem satirae dicit: „hoc erat melius quod scribere possem, *Inventore minor*".

Iam etsi apparet Varronem in satiris Menippum esse imitatum, Horatium Satirae inventorem agnovisse virum Romanum (Lucilium), de diversis igitur satiris verba facere eos, de Graeca (Menippea) Varronem, de Latina (Luciliana) Flaccum, Horatium autem discidium inter utramque tantum statuisse, ut Varronis Reatini tanquam sibi praeeuntis nusquam meminerit, haec igitur cum ita sese habeant, tamen contendo, Quinctilianum optime sententiam suam defendere potuisse, sed nihil opus esse, verbi controversiam nos torquere. Nam si sunt Romana ea quae Romanorum ingenium referunt, ut quae maxime, satira pura puta Romana est; sin Romana non sunt quorum fons et origo aliunde repetuntur, Satira ex dimidia parte Graeca est.

Tamen cum *totam* esse Romanam dicit Quinctilianus, propius dispiciamus, quid de Menippi et Varronis affinitate sit

statuendum. Diogene Laertio auctore (VI, 8,6) Menippus scripserat *tredecim* libros omnino (in his fortasse Κέρκωπες et Ὄφεις cf. Suid.), ex quibus unum tantum argumentum Varronis agnoscimus Διαθῆκαι, Varronis *Testamentum* (Gellius III, 16, 13), Varro autem in catalogo Hieronymi habet 150 libros „satirarum Menippearum", Ritschl, Op. III, 430. 507, quatuor libros praeterea „saturarum" (i. e. ut videtur miscellorum ad rationem Ennii) amplius igitur centum quinquaginta, alter 13. Varro ipse apud Cic. Acad. I, 2, 8 „et tamen in veteribus nostris, quae Menippum *imitati*, *non interpretati*, quadam hilaritate conspersimus" propterea facile fidem inveniet. In titulis reliquis Diogenis sunt argumenta philosopha, in quibus Lucianea agnoscimus (ἐπιστολαὶ κεκομψευμέναι ἀπὸ τοῦ τῶν θεῶν προσώπου, epistolae ludicrae e persona deorum, nisi scribendum Ἐπιστολαί. Κεκομψευμένα), reliqua [1]) sunt fere ex intima philosophia deprompta. Quaedam sunt, veluti συμπόσιον (Riese, p. 10) et νέκυια (Diog. ab initio), quae paene in quovis satirico occurrant, attendas modo ad Tiresiam et Nasidieni cenam apud Horatium. Varro solet cynicos ludibrio habere, ut apparet e satiris *Cynicus*, Κυνίστωρ, Κυνοδιδάσκαλος, Κυνορρήτωρ, Menippus, ipse cynicus, hoc facere non potuit.

Formam Menippeorum aliquatenus e Luciano, bis Accus. 33 cognoscimus: (Menippus) nec pedester erat nec metro nitebatur οὔτε πεζός εἰμι οὔτ' ἐπὶ τῶν μέτρων βέβηκα; haec est illa varietas, quam memorat Quinctilianus; id commune cum eo habebat Varro, prosariam orationem versibus miscens: ἱπποκενταύρου δίκην σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα. Porro hoc Graecam prodit originem, quod tituli aliquot Graeci sunt, multo plures Graecum additamentum habent. Ipsum Varronem inscripsisse

---

1) Πρὸς τοὺς φυσικοὺς καὶ μαθηματικοὺς καὶ (πρὸς τοὺς add.?) γραμματικοὺς καὶ γονὰς Ἐπικούρου (num ἐπιγόνους Ἐπικ.?) καὶ τὰς θρησκευομένας ὑπ' αὐτῶν εἰκάδας.

περὶ ἐδεσμάτων satiram auctor est Gellius VI, 16, 1. Aliae habent proverbia Graeca sibi inscripta: εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, δὶς παῖδες οἱ γέροντες, in aliis rursus Latinum vocabulum sequitur Graecum, veluti „Gloria περὶ φθόνου", „Tithonus περὶ γήρως", in quibus difficile dictu est, quid Varronis sit, hoc certius, non esse Menippi additum vocabulum. Sed cum ex his utique appareat, quam Graeca memoriae Varronis infixa sint, hoc operae pretium est animadvertisse, totos versus Graecos in fragmentis non inveniri. Ex Horatio S. I, 10, 28 apparet, laudi etiam tum habitum esse, cum iam puri sermonis studium invaluerat, si quis Latina Graecis misceret; habet Lucilius Graeca, ubi Graecos poetas exscribit aut vocabulis technicis indiget, aut populares Graece loquentes reprehendit, et nota est lepida historia de Albutio Athenis alloquium Latinum recusante e Cicerone Fin. I, 3, 8. Elegantiores homines temporis Sullani Graeca sectabantur. Non mirum est igitur si quaedam Graeca in Varrone sint, mirandum plura non esse; in consuetudine Romanorum vigebant proverbia illa, quibus utitur, nec hoc Menippeae originis est documentum. Et quanta hilaritate saevitiam cynicam condire novisset, declarat argumentum ταφὴ Μενίππου, declarant Εὐμενίδες, in quibus lymphatici philosophi post cenam in publico et per templa deum errantes depinguntur. Haec cum mordacitate Menippi non conveniunt. Nec mira illa debent videri ei qui aridum ingenium Varronis, Aristotelis Romani, noverit et iudicet e libris, qui aetatem tulerunt obiter inspectis; ipsi enim de Re Rustica libri satis ostendunt, quid voluerit, scenam ob oculos ponentes quae est ruri aut in Villa Publica et colloquia serentes nobiles homines; quid in argumento magis ioco et hilaritati apto indigebat Menippo? Post Lucilium a Menippo non erat quod mutuaretur, nisi irrisionem Sapientiae importunae et permistionem orationis solutae et ligatae, quam merito repre-

hendit Horatius. Idem est enim ac si in familiari consuetudine quis in circulo confabulans cum amicis subito canere incipiat. Haec igitur quae a Graeco exemplo sumserat, non erant optima; sed vernaculus lepor et dicacitas facili et profluente sermone effusa erant ipsi propria. Quantum ex fragmentis bene multis a Riesio collectis apparet, non fuit in tota „litteratura" Romana quidquam, quod nativum ingenium et avitam simplicitatem Romanam melius referret, ne Catullum quidem excipio; Petronius et Apuleius de humilibus humilia locuti sunt, sed non plane in comparationem adhiberi possunt.

Non aegre sane feres, vir Praestantissime, si mihi satiram tanquam Romanam vindicem, Tu, Graecus, ita in opulentia versaris, ut sine magna iactura ea carere possis. Iam dudum Roma poenas dedit pro „Graeculo esuriente" (Juven.) et „natione comoeda" quam sugillabat, et omnes Graeco ingenio primas deferimus.

Traiecti ad Rhenum. C. M. FRANCKEN.

PROPERTII ELEGIA EXPLANATA ET IN INTEGRUM RESTITUTA.

Propertii elegia explanata et in integrum restituta.

Nullum Roma tulit poëtam eroticum Propertio parem, et nihil ille scripsit quod elegiae quintae libri primi praestaret. Sed quam venustum illud carmen sit, quam lepidum salsumque nunc vix et ne vix quidem sentitur: tanta tamque absurda macula ab oscitanti librario est aspersum. Quid velim facile explicabo et maculam illam nullo labore eluam; sed priusquam de toto carmine dicam primum mihi de singulis quibusdam eius versibus pauca erunt observanda.

Versu ergo tertio quod traditum est, „meos sentire furores" sic ab Hemsterhusio immutatur: „meae sentire furores" quam correctionem fuerunt qui probarent. Perversissime, si quid video. Est enim coniectura ex eo genere quod longe longeque a libris poëticis est repellendum: quo verba poëtae paulo quidem fiunt ad intelligendum faciliora, sed simul omnem amittunt vim omnique acumine spoliantur. „*Meos* sentire furores" Propertius ait, i. e.: „eos Cynthiae furores quos ego toties sum expertus, illamque Cynthiae iracundiam quam in me exercere solet." Atque eodem sensu vs. 13 dictum puto „mea limina", i. e. „illa limina ad quae ego toties coeli intemperiem sum perpessus, dum flebiliter lamentando frustra mihi aditum ad crudelem illam puellam parare conabar. Fac enim te non plane a Cynthia sperni ac repelli (vs. 9: quod si forte tuis non est contraria votis), tamen quoties ab ea

excluderis, quoties ante fores eius iacebis porrectus; hoc quid sit nemo me melius novit." Tandem aliquando novus ille amator animum despondens ad amicum Propertium curret cuius solatio levetur, in cuius sinu fleat (vs. 28 sq.), sed nondum versu 13 huius rei mentionem fieri oportet: non enim amoris, quamvis tristis, initium illud est, sed finis.

Versu octavo probarem vulgatam lectionem: „molliter irasci non *solet* illa tibi", si sanum ex eo sensum extundere possem. Nam quod viri docti annotant de dativo ethico *tibi*, eiusmodi dativum in omnibus omnium populorum linguis exstare lubenter concedo; sed non nisi in certis quibusdam sententiis recte ille adhiberi potest; quum de re agitur, quae subito et uno temporis fit momento, iure suum locum obtinet et utilissimus est ad contemptum, indignationem, risum significandum; eiusmodi autem affectus non movet res quae *solet* fieri; et omnino non est versus octavi ea sententia in qua dativus ethicus ullo modo ferri possit. Lubenter ergo arripio lectionem *sciet*, licet in uno tantum codice exstet, et ille codex mihi hoc nomine multis aliis potior est, quamquam in cognationis stemmate non patrisfamilias locum obtinet, sed ad remotissimos relegatur agnatos.

Versum decimum septimum:

et quaecunque voles fugient tibi verba querenti

intactum relinquerem, si credere possem aut nudum illud *voles* positum esse pro: *dicere voles*, aut fugiendi verbum cum dativo adhiberi de re quam quis amittit neque invenire potest, aut denique vel sic totum versum aptum praebere sensum. Quod quoniam non possum elegantem probo Santenii lectionem *volet*: „non ea loqueris quae vis ipse, sed quidquid te amor Cynthiae iubet ex ore tuo fluet."

Cetera omnia in virorum doctorum commentariis recte ex-

plicata video; in Paleyi vero annotationibus egregie; neque iam est quod in singulis versibus vel vocabulis haereamus: de toto nunc institui carmine potest consideratio.

Quod ergo est eius argumentum? Eiusmodi ut magis lepidum cogitari nihil possit. Exclusum se a Cynthia poëta dicit. (Verene dicat an fingat quis statuat? Non enim acta diurna conscribit poëta eroticus. Quamquam qui accurate Propertii carmina temporis ratione habita disponere studuerunt, saepe sibi animo informasse videntur poëtam diligentissimum, temporis parcissimum, qui simulatque Cynthiam vel facilem vel duram esset expertus, ne horae brevissima pars inutiliter periret anxius, statim domum curreret, chartam, atramentum, calamum posceret ut quamprimum cogitationes suas scripto mandaret). Dum ergo solus domi desidet, tristis moestusque, agnoscit quendam e suis amicis operam dare ut suum apud Cynthiam locum occupet. (Aut agnoscere se fingit: nam poëta, qui verum amorem semel sensit in medullis, omnia fingere potest et tamen carmen scribere quod ex ipsa vita sumptum videatur). Et cum dolore agnoscit, nam quamquam a Cynthia est exclusus, tamen de reconciliatione non desperat: immo mox se cum Cynthia in gratiam rediturum sibi habet persuasissimum. Non tamen acerbis maledictis in novum Cynthiae amatorem invehitur, sed de dura, quae misero homini impendeat, sorte lamentatur; misericordia illius commoveri se fingit; obtestatur denique eum ut quam primum fatalem illum amorem ex animo suo exstirpet. Poteratne facetius significare se novum illum rivalem minime reformidare, quippe qui probe sibi conscius esset mox nullo negotio a se Cynthiae duritiam victum iri?

Sed ea omnia ut lepide excogitata esse dicamus duabus rebus opus est. Primum discidii cuiusdam (veri an falsi non curo) tempore a Propertio scripta haec esse debent. Discidium

enim nisi ὑπόκειται qui „alter in alterius mutua flere sinu" (vs. 30) poterit? Tamen nunc amicum suum poëta rogat (vs. 2):

Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares

i. e. „noli perturbare meum Cynthiaeque amorem; sub aequo nos sine amoris ire iugo; noli inter nos discordias serere conari; vides enim quam pulchre nunc inter nos conveniat".

Deinde omnis carminis venustas perit conciditque nisi ipse Propertius e quibusdam indiciis effecit rivalem sibi absenti esse exortum. Nam si homo, ad quem scriptum carmen est, ultro amorem suum Propertio fassus esset, magnae fuisset crudelitatis eum tam longa versuum serie deridere. Tamen versu 1 legimus:

Invide, tu tandem voces compesce molestas.

Et quae fuerunt ergo *voces* illae? Obsecravitne Propertium ut Cynthiam missam faceret sibique relinqueret? Non ergo simplex noster homo fuit (qualem eum fuisse e cetera elegia facile efficimus), sed plane stolidus stupidusque et indignus qui tam iocoso carmine perstringeretur. An maledicendo et calumniando Propertii mentem a Cynthia abstrahere est conatus? Tam lividum nigrumque hominem tam leniter a poëta castigatum credis, quum praesertim eum antea veritati convenienter *invidum* appellaverit?

Iam vides primum distichon ferri nullo modo posse et hanc esse maculam illam qua totam elegiam aspersam esse dicebam. Nunc illud distichon utique esse abiiciendum certo, si quid in nostra arte certum est, argumento demonstrabo.

Nemini ignotum est Horatianum „quid tibi vis mulier." Profecto spurcum est totum illud carmen et omnis venustatis expers; tamen aliquanto fieret ineptius si illud „quid tibi vis" non in primo versu sed in tertio quartove poneretur. Qui enim maledictis in adversarium aliquem involat, si omnino illa utitur interrogatione, statim ea et in ipso utitur initio.

Sed non semper vocabula *quid tibi vis* tam dirum significant odium: saepe a leniter irridente et iocante adhibentur; sed nunquam salsius illo sensu sunt pronuntiata quam a Scaevola egregio illo provinciae Asiae proconsule. Atque is — id quod minime negligendum — prorsus eodem modo quo Propertius locutus est et verbis *quid tibi vis* eundem vocativum *insane* adiecit. Fortuitus, sat scio, ille est consensus — non enim ego is sum cui facile persuadeatur Propertium a Scaevola illud *quid tibi vis insane* sumpsisse, vel Horatio suum sibi *i puer* et *hoc erat* surripuisse — sed idem tamen est utriusque ioci color. Tam enim Propertius quam Scaevola aliquem hominem a proposito suo abducere studet demonstrando id quod ille tam ardenter cupiat ei luctus et tristitiae causam futuram. Atque Propertius quo modo id faciat iam novimus: Scaevolae qui fuerit iocus videamus. Erat quidam homo pravus et nequam Septumuleius, qui pensi nihil haberet dummodo rem faceret; pro Gracchi capite aurum ei erat repensum. Is ergo a Scaevola petiit ut se in Asiam praefectum duceret. Tum Scaevola: „Quid tibi vis insane? tanta malorum est multitudo civium, ut tibi ego hoc confirmem, si Romae manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum" (Cic. de Or. II § 269). Riserunt, ut opinor, omnes qui hanc Scaevolae „ironiam et dissimulationem" audierunt, sed ridere vix potuissent si aliis verbis exorsus esset Scaevola, deinde hunc iocum subiecisset.

Sed quid longa opus est demonstratione? Pauca verba Belgica rem in clara ponent luce. Et possum hic paulisper vernacule loqui. Praestantissimus enim ille vir, cuius honoris causa haec chartae mando, diu in patria nostra vixit — cum suo, ut ipse profiteri solet, emolumento, cum nostra, id quod omnes sentimus, gloria — et sermonem nostrum didicit. Quam saepe nos audimus aliquem sic alium alloquentem:

„mensch wat ga je beginnen?" Sed quis unquam ea vocabula in *media* allocutione posuit?

Ergone distichon hoc a male sedulo lectore carmini nostro additum est vel ab importuno grammatico? Sed quo tandem illud fecit consilio? An ut lepidam poëtae elegiam corrumperet et pessumdaret? Quis credat unquam quemquam tam perversa indole natum esse? Non de industria versus hi elegiae sunt praemissi sed forte huc aberrarunt. Neque e longinquo aberrarunt: iusta enim et legitima eorum sedes in proxima est vicinia. Quod proxime praecedit carmen totum est de homine *invido*, qui *vocibus* suis *molestis* poëtae mentem a Cynthia abducere conatur, qui eos *cursu*, *quo sunt*, *ire pares* non patitur; alias puellas laudat, fore sperans ut sic suam puellam spernere et contemnere poëta discat. Quid si quarti carminis olim hoc fuit initium:

Invide, tu tandem voces compesce molestas
Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.

Quam egregie nunc sequitur:

Quid me non pateris vitae quodcumque sequetur
Hoc magis assiduo ducere servitio?

Quam credibile denique est, quum semel librarii negligentis culpa factum esset ut distichon *invide — pares* in quintae elegiae initio poneretur, detruncatum carmen quartum novo esse ornatum capite a sedulo sed parum callido grammatico. Sed, quocumque tandem loco illud *invide — pares* a Propertio positum fuit, *quarti* carminis est, non quinti.

Lugduni Batavorum,
m. Martio J. J. HARTMAN.
A. MDCCCLXXXXIII.

ΔΙΟΡΘΟΥΤΑΙ Η ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΥ
ΕΞ ΟΙΝΟΑΝΔΩΝ ΠΡΟΣ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΔΙΟΡΘΟΤΤΑΙ Η ΔΙΟΓΕΝΟΤϹ ΦΙΛΟϹΟΦΟΤ ΕΠΙΚΟΤΡΕΙΟΤ ΕΞ ΟΙΝΟΑΝΔΩΝ ΠΡΟϹ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝ ΕΠΙϹΤΟΛΗ.

Οὐ μὰ Δί' οὐδὲν ἀηδές μοι ἀγγέλλεις, βέλτιστε Hartman, αἰτούμενος καὶ παρ' ἐμοῦ συμβολάς τινας εἰς βιβλίδιον, ὃ γράψασι τοῖς ἐν Ὀλλανδίᾳ Φιλολόγοις παραινεῖς προσφωνῆσαι Κωνσταντίνῳ Κόντῳ, συνηδομένοις ὅτι πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη καθηγητὴς ὢν τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης τῆς παλαιᾶς μετὰ πλείστης τε δόξης καὶ οὐ τῶν πολιτῶν μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ξένων ὠφελείας προέσηκε τῆς Ἀθήνησι παιδείας.

Εὐαγγελεῖς μὲν οὖν, φημι· φίλος γὰρ ἀνήρ, καὶ ἄξιος εἴ τις καὶ ἄλλος τοιαύτης παρ' ἡμῶν γε τιμῆς, ὅστις τὴν ἀκριβῆ τῆς παλαιᾶς γλώττης ἐπιστήμην μαθὼν παρὰ τοῦ κοινοῦ ἡμῖν διδασκάλου, τοῦ ἀοιδίμου Κοβήτου, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, ὅθεν ἀρχὴν λαβοῦσα ὥρμητο, ἐπαναγαγὼν πολλοὺς ἐπαίδευσε οὔθ' αὐτοῦ οὔτε τοῦ μακαρίτου ἐκείνου ἀναξίους, καὶ τοῦτο ποιῶν ἀνενεώσατο τό γ' ἐφ' αὐτῷ τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἀθηναίων ἐπὶ παιδείᾳ εὐδοξίαν.

Ἴρμνῶν τοίνυν τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἡγούμην καὶ τῷ τεθνηκότι διδασκάλῳ, εἴ τις ἐν Ἅιδου τῶν τοιούτων αἴσθησις, καὶ τῷ γοῦν ζῶντι μαθητῇ ἡδίων ἔσεσθαι, ἐὰν μὴ ἀβεβαίοις τισὶν εἰκασίαις, οἷασπερ οὐ χειρί, τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ὅλῳ θυλάκῳ σπείρειν εἰώθασι παῖδες Φιλολόγων, ἀλλ' ἀναμφιλέκτοις διορθώσεσιν ἐν τῇδε τῇ ἑορτῇ ἑστιᾶν τοῦτον πειράσωμαι.

Οἰνόανδα πάλαι ποτ' ἦν, ὡς οἶσθα δήπου, Λυκίας πολίχνιον τῆς Κιβυράτιδος, ἵνα γεγονέναι ἔοικε Διογένης τις Φιλόσοφος, οὐχ εἷς

τῶν πέντε ἐκείνων τῶν γνωρίμων, ἀλλ' ἀγνώς τις μέχρι δεῦρο Ἐπικούρειος, ὃς προστῆναι δοκεῖ σχολῆς τινὸς ἐν Ῥόδῳ, ὁπότε μὲν οὐκ ἴσμεν, φανερὸν δ' ὅτι Μάρκου Αὐρηλίου ἦν μεταγενέστερος. Οὗτος τοίνυν ὁ Διογένης ποτὲ γήραι καὶ νόσῳ βαρυνθεὶς ἔγραψε μακράν τινα πρὸς Ἀντίπατρον ἑταῖρον ἐπιστολήν, ἐν ᾗ διηγεῖται τούτῳ διάλεξιν, ἣν αὐτὸς περὶ Ἐπικούρου δογμάτων τινῶν ἐποιήσατο πρὸς Θεοδωρίδαν τινὰ Λίνδιον „ἀρχομένου, φησίν, ἔτι φιλοσοφεῖν." Ταύτην οὖν τὴν ἐπιστολήν, ἅτε βιωφελῆ οὖσαν, παρεσκεύασεν ἀναγραφῆναι εἰς στοάν τινα τῶν Οἰνοάνδων· αὐτολεξεὶ γὰρ γράφει τάδε· „Ἐπειδὴ οὖν εἰς πλείονας διαβέβηκε τὰ βοηθήματα τοῦ συγγράμματος, ἠθέλησα τῇ στοᾷ ταύτῃ καταχρησάμενος κτλ." Κατεσκαμμένου δὲ χρόνῳ ὕστερον τοῦ οἰκοδομήματος οἱ ἀναγεγραμμένοι λίθοι ἐνετέθησαν εἰς μέγα τι τεῖχος, ὅθεν ἄνδρες τέτταρες (Holleaux, Paris, Diehl, Cousin) ταύτης τε τῆς ἐπιστολῆς τὸ πλέον μέρος καὶ ἄλλ' ἄττα ἀποσπασμάτια ἀπέγραψαν, ἅπερ σύμπαντα ὁ Cousin κατὰ μέρος δι' εἰκασίας ἀναπεπληρωμένα ἐξέδωκεν ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Δελτίου Ἑλληνικῆς ἀλληλογραφίας τεύχει τοῦ πέρυσιν ἔτους (Janvier—Mars 1—70).

Τούτοις τοίνυν ἔναγχος ἐντυχὼν ἔστιν ἃ διώρθωσα, εἰ πρῶτος μὲν καὶ μόνος ἢ μετ' ἄλλων οὐκ οἶδα, κατεπείγοντος δὲ τοῦ χρόνου οὐ δύναμαι εὑρεῖν. Ἐγγὺς τῆς ἀρχῆς κεῖται τάδε· „Ταῦτ' εἰ δέ „σοι νῦν ἀπὸ Ῥόδου γράφω τῆς ἐπιστολῆς ταύτης, οὐ πρὸ πολλοῦ „τοῦ χειμῶνος ἀρχὰς ἔχοντος, κεινηθεὶς ἀπὸ τῆς παι[δοσύ]νης, „τοῖς συγγενέσι καὶ οἰκείοις καὶ φίλοις τάδε ἐντέλλομαι, ὅσω [δ'] „οὕτως ὥστε μοι ν[ῦν] τὴν τοῦ ζῆν ἔτι ἢ μηκέτι ζῆν ὑπάρχειν „κρίσιν." Ἀναγνωστέον δήπου „[ν]οσῶ[ν] οὕτως κτέ." καὶ ἴσως „⟨διὰ⟩ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης", οὐ γὰρ ἔχει ἡ γενική, ὅθεν ἤρτηται. — Ὀλίγῳ δὲ κατωτέρω 3 B 1 ὁ Cousin ἐκδίδωσιν· „καὶ „τὴν δευτέραν οὖν ἀποδοὺς αἰτίαν τοῦ συγγράμματος, τὸ κατεσπουδασμένον ἡμῶν γ' ἂν(?) προστίθημι" ἀλλά, καίπερ οὐκ ἰδὼν τὸν λίθον, ὅμως οἶδα γεγραμμένον ΠΑΝ ἀντὶ τοῦ ΓΑΝ. Μετὰ δ' ὀλίγα γράφων „Διὰ τὸ γῆρας....σον οὔπω μελ.....εσαν ἃ λύειν

.....ου ζῆν — ἠθελήσαμεν, ἵνα μὴ προλημΦθῶμεν βοηθεῖν ἤδη τοῖς εὐσυνκρίτοις" οὐ πολλῆς ἐδεῖτο ἀγχινοίας ὥστε διορθῶσαι· „Διὰ τὸ γῆρας [γὰρ (ἢ οὖν) ὅ]σον οὔπω μέλ[λοντες] ἀναλύειν [ἀπὸ] τοῦ ζῆν κτλ." — Ἀνερμήνευτα δὲ καί τινα ἐν τοῖσδε· „ἐπεὶ δὲ „ὡς προεῖπα οἱ πλείονες — τῇ περὶ τῶν πραγμάτων ψευδοδοξίᾳ „νοσοῦσι κοινῶς, γείνονται δὲ καὶ πλείονες (διὰ γὰρ τὸν ἀλλήλων „ζῆλον ἄλλος ἐξ ἄλλου λαμβάνει τὴν νόσον, ὥσπερ τὰ πρόβατα), „δικαι[ον οὖν]...μ.. τοῖς [μεθ'] ἡμᾶς ἑπομένοις βοηθῆσαι. Κἀκεῖ„νοι γάρ εἰσιν ἡμέτεροι, καὶ εἶν[αι] γεγόνασι π..... [δ]ὲ [δ]ὴ „Φιλάνθρωπον καὶ τοῖς παραγεινομένοις ἐπικουρεῖν ξένοις." Ἀλλ' οὐδεὶς γάρ ὅστις οὐκ εὐθὺς συνήσει ταῦθ' ὧδε διωρθωμένα· „δίκαι[ον „ἡγού]μ[ην] τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἑπομένοις (ἐσομένοις?) βοηθῆσαι· κἀκεῖνοι „γάρ εἰσιν ἡμέτεροι, καὶ εἰ μ[ὴ] γεγόνασί π[ω. ἔστι] δὲ δὴ Φιλάνθρω„πον κτέ." Καθάπερ δ' ἐνταῦθα ὁ λίθος οὐχὶ Ν ἀλλὰ Μ ἔοικεν ἔχειν, οὕτως οὐ μετὰ πολλὰ κακῶς δοκεῖ ἀναγνωσθῆναι τὸ ΓΕϹ ἐν τοῖσδε· „Τῶν [γὰρ] λυπῶν τὰς μὲν ΓΕϹ... ἐξεκόψαμεν εἰς τὸ[τέ]λειον, „τὰς δὲ Φυσικὰς εἰς μεικρὸν κομί[σαντες] συνεστείλαμεν ε[ὖ...." Διδάσκει γὰρ τὸ ἀντικείμενον Φυσικάς διορθωτέον εἶναι „τὰς μέν γε ψ[υχῆς]", τὸ δὲ τελευταῖον ῥῆμα ἤτοι εὐχερῶς ἢ εὐπετῶς γεγενῆσθαι. Οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ ΦιλοσόΦου σΦάλμα νομίζω τὸ ὀλίγῳ ἔμπροσθεν κείμενον „ΚοινΩτάτης", οὐδὲ μικρῷ ὕστερον τὸ „ἐναβρότερος" ἐν τοῖσδε· „πρὶν ἢ γὰρ ἐλθεῖν σου τὴν ἐπιστολήν, Θεοδωρί„δας ὁ Λίνδιος ἑταῖρος ἡμῶν, ὃν οὐκ ἀγνοεῖς, ἀρχόμενος ἔτι τοῦ „ΦιλοσοΦεῖν, τὸν αὐτὸν ἔπραττεν λόγον· ἐναβρότερος δ' οὗτος ἐγέ„νετο διὰ τὸ ἐν ἀμΦοῖν ἡμεῖν παροῦσι στρέΦεσθαι." Ὑποπτεύω γὰρ τὸν λίθον παρέχεσθαι „ἐναΡΓότερος" = ἐναργέστερος, ὡς τῷ „ἐναργότης" ἔστιν ὅτε ἐχρῶντο ἀντὶ τοῦ „ἐνάργεια." Οὐ μετὰ πολλὰ δὲ τοῦ λιθοκόπου διττογράΦημα (οἷάπερ καὶ ἄλλα διώρθωκεν ἤδη ὁ Cousin) ἔμοιγε δοκεῖ τοῖσδ' ἐνεῖναι· „αἱ γὰρ ἐξ ἀλλήλων „συγκαταθέσεις τε καὶ ἀντιΦράσεις, ἔτι δ' ἐρωτήσεις, ἀκριβεστέραν „ἐποιοῦντο τοῦ ζητουμένου τὴν ζήτησιν." Ἀναγνωστέον γὰρ „ἐποίουν τοῦ κτλ." Εἰς τὸν αὐτὸν δ' ἀναΦέρω τὴν ἐσΦαλμένην

σύνταξιν ἐν τοῖς ὧδε κειμένοις· „Διὰ τοῦτο οὖν, Ἀντίπατρε, τὴν „διάλεξιν ἐκείνην ἀπέστειλά σοι, ἵνα δὴ τὸ ἴσον γένηται τῷ κἂν „παρὼν αὐτός." Προσδοκᾶται γὰρ „τῷ κἂν ⟨εἰ ἐτύγχανες⟩ παρὼν αὐτός", εἰ μὴ ἄρα γέγραπται ἐν τῷ λίθῳ ΠΑΡΗϹ ἀντὶ τοῦ ΠΑΡΩΝ. Ἕπεται δὲ τάδε· „Ὁμοίως, Θεωρίδα, τὰ μὲν ὡμολόγεις, οἷς δ' „ἐπηπόρεις καὶ προσεπυνθάνου. Ἔστιν δὲ αὐτὴ (δηλονότι ἡ ψυχὴ) „τοιαύτην εἴ τινα τὴν ἀρχὴν ἔχουσα, ὦ Διόγενες, ὁ Θεωρίδας „εἶπεν κτλ." Γραπτέον δέ· „Ἐμοί, ὦ Θεωρίδα, κτέ." καὶ προσδοκῶμεν „τοιαύτην ΔΗ τινα" ἀντὶ τοῦ ϵΙ. ἔπειτα δὲ (5, 3) „ὅτι μὴ „δεόντως (ἀ. τ. δέοντος) ὑπ' αὐτῆς σκυλᾶται καὶ καταπονεῖται „καὶ εἰς οὐκ ἀνανκαῖα σύρεται πράγματα· τὰ μὲν γὰρ ὑπ' αὐτοῦ „(δηλονότι τοῦ σώματος) ζητούμενα μεικρὰ εἶναι καὶ εὐπόριστα, ὧν „δύναται καὶ ἡ ψυχὴ συναπολαύουσα καλῶς διάγειν, τὰ δ' ὑπὸ „τῆς ψυχῆς μεγάλα τε καὶ δυσπόριστα [πρὸς] τῷ μηδὲν ὠφελεῖν „τὴν φύσιν καὶ κινδύνους ἐπιφέροντα", ὅπου ὁ Cousin οὐκ ὀρθῶς συμπληροῖ [παρὰ], ἀδιανοήτως ὧδε ἀπογράφων τὰ ἑπόμενα· „Τού- „τους οὖν ὁρῶν — διακειμένους οὕτως κατωλοφυρόμην μὲν αὐτῶν „τὸν βίον καὶ ἐπεδάκρυσα τῇ τῶν χρόνων ἀπωλείᾳ, χρηστοῦ δέ „τινος ἠγησάμην ἀνδρός, ὅσον ἔστεφ' ἡμεῖν(?) κτλ.", καίτοι οὐδέν γε δεῖται Οἰδίποδος ἡ τοῦ λίθου γραφή „ὅσον ἔστ' ἐφ' „ἡμεῖν". Βουλοίμην μέντἂν ἰδεῖν αὐτόν, ἵν' εἰδείην εἰ ὄντως ἔχει τὸ „Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκράγας" ἀντὶ τοῦ Ἀκραγαντῖνος.

Οὐ μετὰ πολλὰ γέγραπται· „Κακῶς, Ἡράκλειτε, πῦρ εἶναι „στοιχεῖον λέγεις· οὔτε γὰρ ἄφθαρτόν ἐστιν, ἐπεὶ φθειρόμενον „ὁρῶμεν αὐτὸ οὔτε δύναται γεννα.....," ὅπου φανερὸν ὅτι οὐ „γεννᾶ[σθαι]" μετὰ τοῦ Cousin δεῖ συμπληρῶσαι, ἀλλὰ „γεννᾶ[ν]", εἰκάσαιμι δ' ἂν „γεννᾶ[ν, φθαρτικὸν ὄν]." Οὐ μᾶλλον δὲ δοκιμάσειεν ἄν τις (8, 2, 2) τάδε· „Ἐσφάλη δ' ἀναξίως ἑαυτοῦ „καὶ Δημόκριτος τὰς ἀτόμους μόνας κατ' ἀλήθειαν εἰπὼν ὑπάρχειν „ἐν τοῖς οὖσι, τὰ δὲ λοιπὰ [τ]ομιστεῖα(?) πάντα", εὐθὺς δ' ἂν μεταγράψειεν „τὰ δὲ λοιπὰ νομίσει ἅπαντα", τῷ γὰρ „κατ' ἀλήθειαν ὑπάρχειν" ἀντίκειται τὸ „νομίσει (τοῦτ' ἐστὶ ψιλῇ

δόξῃ) ὑπάρχειν". Εἰς τὸν λιθοκόπον μέντοι ἴσως ἀνοιστέον τὸ κατωτέρω (9, 2, 10) ἡμαρτημένον „Τὴν οὖν ἀπόφασιν ὁρῶμεν αὐτοῦ ταπεινήν, ἀλλ' ΟΧΙ (Cousin ὄχι) αὐτόν" ἀντὶ τοῦ ΟΤΧΙ. Τοὐναντίον εἰκῇ ὁ Cousin ἀμφισβητεῖ περὶ τῆς γειτνιώσης τούτοις τοῦ λίθου γραφῆς τῆσδε· „οἱ δὲ (ἀστέρες δηλονότι) τὸν αὐτοῦ (?) κύκλον „στρέφονται, καθάπερ ἡ ἄρκτος", οἷς συμβλητέον τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τραχινίαις (στ. 131) „ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι". Ἐξηγητέον γάρ „τὸν αὐτοῦ ἕκαστος".

Τὰ διολωλότα γράμματα ῥᾷστά ἐστιν ἀνευρεῖν (9, 4, 1—3) ἐν τοῖσδε γράφοντι ὧδε· „Ἐνδέχεται τοιγαροῦν τὸν ἥλιον ἀνθρα„κώδη τινὰ κύκλο[ν εἶναι] λεπτὸν ἄκρως [ὑπό τε τῶν] πνευμάτων „αἰ[ωρούμενον] πηγῆς τε ἐπεχ .... [τρό]πον". Δοκεῖ μὲν τὸ ΕΠΕΧ.... οὐδὲν ἕτερον εἶναι ἀλλ' ἢ ἐπέχοντα, ἥ γε μὴν οὐκ εἰωθυῖα τοῦ ῥήματος χρῆσις ποιεῖ με διστάζειν, εἰ μὴ ἄρα βούλεται λέγειν ὁ Διογένης ὅτι τὸ τοῦ ἡλίου φῶς νύκτωρ παύεται πηγῆς τρόπον ἐπέχοντος. — Ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις 10, 2, 3 οὐδεμί' ἐστιν ἀπορία ἀναγιγνώσκοντι· „μετὰ γὰρ αὐτὰς ἄλλαι φύσεις „οὐκέτ' εἰσιν, αἳ (Cousin εἰσὶν αἱ) περιλαβοῦσαι τὸ πλῆθος αὐτῶν „(Cousin,) κάτωθέν τε ὑπερείσουσι καὶ ἐκ τῶν πλαγίων συνάξουσιν „αὐτάς· πῶς (Cousin διαστέλλει. Πῶς) ἀπογεννήσωσι τὰ πράγματα „χωρὶς ἀλλήλων; ὥστ' οὐκ ἂν ἦν οὐδ' ὅδε ὁ κόσμος". Φανερῶς γὰρ τὰ „μετὰ γὰρ — αὐτάς" διὰ μέσου λέλεκται, καὶ συναπτέον τὰ προηγούμενα τούτοις „αἱ ἄτομοι φύ[σεις] — ἀσυνέλευστοι τυνχάνουσαι" τοῖς ἑφεπομένοις „πῶς — ἀλλήλων;"

Ἑνὶ ῥήματι δηλώσας ὅτι 12, 2, 8 διορθωτέον „καὶ μὴ εἰς μα„κρὰν ἐμβαλεῖν αὐτὰ[ς] (λέγει γὰρ τὰς ψυχὰς) περίπλουν, ἵνα σου „τὸ πανέσχατον (πὰν ἔσχατον C.) εἰ μη. . τερον ὑπῆρχε τὸ ψεῦσμα," ὧν τὰ ὕστατα ἀδιόρθωτα παραθεῖναι προειλόμην ἢ παραδέξασθαι τὴν ἀξύνετον ἔμοιγε τοῦ Cousin συμπλήρωσιν „μη[δέ]τερον", καὶ ὅτι 13, 2, 4 ἐκπληστέον „Εἰς οὖν οὐδεμίαν τέχνην, [ὡς οὐ]δὲ „ταύτας (C... [οὐ]δὲ), οὔτ' ἄλλον τινὰ θεῶν οὔτε τὴν Ἀθηνᾶν „παραλημπτέον", καὶ ὅτι 13, 3, 7 „περιφανὴς γὰρ αὕτη γ'

„(οὐχὶ αὐτή γ') ἡ ἀδολεσχία" γραπτέον, καὶ ἔπειτα „ἵν' αὐτῶν „ἔχωσ[ι] — ῥᾳδίας ἀποδηλώσ[ει]ς οἵ [γ'] ἄνθρωποι", ὅπου ὁ Cousin „ῥᾳδίας ἀποδήλωσ[ίν] σ' οἵ[τ'] ἄνθρωποι", τὰ γὰρ παραλελειμμένα μοι ῥήματα „ἔχωσ[ι..] α τῆς προτ.....ους ἕνεκα (C. ἔχωσι διὰ τῆς προτ[ε...σ]ους ἕνεκα)" σκοτεινά μοι, ταῦτ' οὖν προσημήνας ἐπάγω τήνδε τὴν διόρθωσιν· „Γελοῖον γάρ ἐστι, μᾶλλον δὲ παντὸς „γελοίου γελοιότερον, π[αρὰ τὸ] καὶ τὸ ἀδύν[ατον] αὐτῷ προσεῖναι, „[τὸ ἐπαγ]αγεῖν μέν τινα τὰ [το]σάδε πλήθη ἕνα τυγχάνοντα· „οὐδὲ γάρ πω τ[ότε] βαταγες(?) ἦσαν, οὐδὲ μὴν γράμματα, „ὅπου γε μηδὲ οἱ φθόνγοι" κτλ., ἵνα ὁ Cousin: „π..... καὶ τὸ ἀδύ[νατον ἐ]αυτῷ — [Ο...γ]αγειν μέν τινα τα..σα δὲ — τ[α..ε] βατά γ' ἐσῆσαν." Τὸ μέντοι ΒΑΤΑΓΕϹ πότερον γραφικά τινα σκεύη ἢ ἄλλο τι σημαίνει ἀγνοοῦμεν.

Ἐν αὐτοῖς μὲν τοῖς ἑπομένοις (14, 1, 3) τοῦτο μόνον ὁρῶ ὅτι συμπληρωτέον „τὴν [συν]αγωγὴν αὐτῶν γενέσθαι, συναγαγόντα δὲ καθηγεῖσθαι γραμματιστοῦ τρόπον", οὐ γὰρ συνέβη μοι ἐκθεραπεῦσαι αὐτὰ τὰ ἑπόμενα „[ο]ρκειδος τινὸς ἀν.... μενον(?) καὶ „ἑκάστου τῶν πραγμάτων θινγάνοντα ἐπιλέγειν ὅτι· τοῦτο μὲν „καλείσθω δῆ[μος], τοῦτο δὲ ξύλον", πλὴν ὅτι ὁ Cousin οὐκ ὀρθῶς δοκεῖ ΔΗ ἀναγνῶναι, εἶναι δ' ἐν τῷ λίθῳ ΛΙ..., ὃ συμπληρῶ ΛΙΘΟϹ, λί[θος]. Πλείω δ' ἴσως ὠφέλειαν ἔχει τὸ διορθῶσαι τὰ (15, 1, 3) ὧδε κείμενα· „Φοβοῦμαι γὰρ οὐδὲν διὰ τοὺς Τιτυοὺς „καὶ τοὺς Ταντάλους οὓς ἀνα[δια]γράφουσιν ἐν Α[ἴδου] τινές· οὐδὲ „Φρη... τὴν μηδησιν(?) ἐν....ούμενος τὴν [τοῦ σ]ώματός „γε π[ερ].... [λ]οικολαιγ.....ψυχῆς αἷς ἀρε[ταῖς....] οὐδ' „ἄλλο οὐδέν." Ἐν τούτοις ἀγνοῶ μὲν ὅ, τι μεταγραπτέον ἀντὶ τοῦ „ἀνα-[δια]γράφουσιν", μόλις γὰρ τολμῶ εἰκάσαι „ἀεὶ [δια]γράφουσιν" ἀγνοῶ δὲ πῶς χρὴ διορθῶσαι τὰ ἑπόμενα τῷ „σώματος"· καλῶς δ' οἶδ' ὅτι ὁ φιλόσοφος γέγραφεν „οὐδὲ Φρί[ττω], τὴν μύδησιν „ἐν[θυμ]ούμενος τὴν τοῦ σώματος". — Τοὐναντίον δ' ὑγιὲς νομίζω τὸ τῷ Cousin ἀσαφὲς ΑΝΕΠΙϹΚΕΠΤΕΙ· γράφει γάρ 17, 2, 11 „Οὐδένα δ' ὑμῶν συναρπάζω ῥᾳδίως καὶ ἀνεπισκέπ-

τει(?) μαρτυρεῖν τοῖς λέγουσι", δέον „ἀνεπισκεπτεί", τουτέστιν ἀνεπισκέπτως. Λίαν γε μὴν δυσμαθῶν ὄντων τῶν τούτοις ἑπομένων βραχύ τι ὠφελούμεθα συμπληροῦντες „[πα]ροδευόντων", καὶ „μήδ' ἀντ' ἀκηδ[ίας τε] καὶ ΑΛΤΟC(?)..... ταναι τοῖς γεγραμμένοις ποικίλως", καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὐ θιγγάνω τῶν 18, 2, 1 ὧδε ἐκδεδομένων „[Κ]αὶ παι.. μὲν [ἐ]νθεραπεῖα π[α]θῶν· ὅπου φημὶ οὖν καὶ ὁ κίνδυνος μέγας καὶ ὁ καρπός", καίτοι δῆλον ὅτι θεραπεία ἢ θεραπείᾳ ἔγραψεν ὁ φιλόσοφος, ἔστι δ' ὠφελιμώτερον ὧδε συμπληρῶσαι τὴν ἐχομένην τούτων περίοδον τήνδε· „Ἐνταῦθα δὲ ἐκτρέπεσθαι δεῖ τοὺς σοφιστικοὺς λόγους τούτους ὡς „ἐπιβούλους καὶ προπηλακιστὰς καὶ ἐξ ὀνομάτων κοινότητος μεμη„χανημένους ἐπὶ τῇ τῶν ταλαιπώρων ἀνθρώπων [δ]ο[λώσει]...." καὶ μετ' ὀλίγα 19, 1, 1 „τὰ φρονή[ματα, δείκν]υμεν ἤδη πῶς ὁ βίος ἡμῶν ἡδὺς γένηται", καὶ 20, 1 „...πάθη τῆς γεγεννηκυίας αὐτὰ αἰτίας μα[θεῖν] μείζονα κτλ." Τὰ δὲ δι' ὀλίγου ἑπόμενα διαστέλλω τε καὶ συμπληρῶ ὧδε· „Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐξ „ἀντιπαραθέσεως ὑφ' ἕνα καιρὸν ἀμφοτέρας παθεῖν τὰς ἀκρότητας „τῶν ψυχικῶν (λέγω καθὼς τῶν τε σωματικῶν διὰ τὸ σπανίως „ποτὲ τοῦτο συμβαίνειν καὶ, ὅταν δὴ συνβῇ, ταύτην ἀναιρεῖσθαι), „τῶν παθῶν τῆς ὑπεροχῆς τὸ κριτήριον οὐχ εὑρίσκεται· ἀλλ' ὅταν „μὲν ἐν ταῖς σωματικαῖς ἀλγηδόσι τυνχάνῃ τις, φησὶ (τίς φησι C) „ταύτας τῶν ψυχικῶν εἶναι μείζονας, ὅταν δ' ἐν [ταῖς ψυχικαῖς „ἀλγηδόσι τυνχάνῃ], ταύτας [τῶν σωματικῶν] τῶν αἰεὶ τὰ... „[πι]θανώτερα..." Τὰ γὰρ λοιπὰ ἐπανορθῶσαι ἀδυνατῶ.

Οὐ πολλῶν τινῶν διαλιπόντων ἀνερμήνευτόν ἐστι τὸ ΔΕΩ (21, 2, 8) ἐν τοῖσδε· „ἐκπολιορκηθέντος τοῦ σώματος ὑπὸ μακρᾶς νόσου „καὶ εἰς τοσαύτην ἰσχνότητα καὶ τῆξιν καταβεβηκότος ὡς μικροῦ „δέω ξηρὸν τὸ δέρμα τοῖς ὀστέοις εἶναι προσφυές", καὶ ἀναμφιλέκτως ἡ σύνταξις ἀπαιτεῖ τὸ ΔΕΙΝ· εἰ δὲ μή, τὸ γοῦν ΔΕΙ. πβλ. Ἀριστ. Ἀθ. πολ. σελ. 41, 7 τε καὶ 57, 10 τῆς ἡμετέρας ἐκδόσεως. — Μετ' ὀλίγα δ' ἄττα συμπληρῶ· „Ἔστιν ὅτε δὲ τοῦ „σώματος ὁλοκλήρου τε ὄντος καὶ μηδεμίαν ὑφαίρεσιν τοῦ μεγέθους

„εἰληφότος [ἄρχει τὸ] παθητικόν", τοσαῦτα γὰρ ἐλλείπει γράμματα· καὶ κατωτέρω 22 A 1, 9 εἰς δύο ῥήματα διαιρετέον τὸ ΕΠΙΣΚΕΨΙΝ ἐν τοῖσδε· „εἰ μὲν τὸ μεταξὺ τούτων τε καὶ ἡμῶν προβεβλημένον ἐπίσκεψιν εἶχεν τι τῆς εὐδαιμονίας ποιητικόν, κτλ." — Ἀλλὰ μὴν κακῶς ἀναγνῶναί μοι δοκεῖ ὁ Cousin ἅπερ ὧδε ἐκδέδωκε (22 B 2, 9)· „Τοῦτο τοίνυν ὅτι ἐστάλη θεὸν δή, λέγωμεν ἔνθεν ἀρξάμενοι." Τουτὶ δ' ὅ, τι ἐστὶν οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι. Σὺ δὲ συνεὶς ὅτι ὁ λίθος ἔχει ΕΣΤΑΛΗΘΕΣΗΔΗ εὖ οἶδ' ὅτι μετ' ἐμοῦ διορθώσεις „Τοῦτο τοίνυν ὅτι ἐστ' ἀληθές, ἤδη λέγωμεν κτλ.", οὐδ' ἴσως ἀντερεῖς μοι (22 B 3, 4) μεταγράψαντι „Ο[ὐ μὰ] Δία γε τῶν παριπταμένων τούτων οἰωνῶν ὅπως πτή„σονται καλῶς, ἢ τῶν ἄλλων ζῴων ἑκάστου [οὐ] ποιοῦνται τὴν „πρόνοιαν καταλιποῦσαι τὴν φύσιν ᾗ σύνεισιν καὶ ὑφ' ἧς γεγέν„νηνται, ἀλλὰ ταύτης ἕνεκα πράττουσι πάντα καὶ εἰσὶν αἱ ἀρεταί." Οὐ γὰρ ΔΗΓΕ, ἀλλὰ ΔΙΑΓΕ τοπάζω εἶναι ἐν τῷ λίθῳ, ἐπειδήπερ πάντως ἀδιανόητόν ἐστι τὸ γεγραμμένον ὑπὸ τοῦ Cousin „Ο[ἶαι] δήγε κτέ.", ὃς κακῶς καὶ τάδ' ἐν αὐτοῖς τοῖς προηγουμένοις ἐκδέδωκεν „τίς ἐστιν ὃν ὠφέλουσιν αἱ ἀρεταὶ αὗταί", δέον γε „ὠφελοῦσιν" καὶ „αὗται." Φανερώτατα δ' ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἔσφαλται γράφων (26 A 2, 3) „Ἂν γὰρ τῷ Δημοκρίτου τι ὀχή„σηται λόγῳ μηδεμίαν μὲν ἐλευθέραν φάσκων (= φάσκοντος) „ταῖς ἀτόμοις κείνησιν εἶναι διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας εἴσκρουσιν αὐτῶν, „κτλ." Οὐχ οὕτω κακῶς ἠλληνίζεν, οἶμαι, ὁ Διογένης ὥστ' εἰπεῖν ἂν φάσκων ἀντὶ τοῦ φάσκοντος, γέγραπται δὲ δήπουθεν ἐν τῷ λίθῳ οὐχὶ ΤΙΟΧΗΣΗΤΑΙ, ἀλλὰ ΤΙΣΧ.ΗΣΗΤΑΙ (ἱκανὸν γάρ, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τῆς ἀπογραφῆς, τὸ μεταξὺ τοῦ τε Χ καὶ τοῦ Η διάστημα), καὶ οὐδὲν ἔργον διορθῶσαι „Ἂν γὰρ τῷ Δημοκρίτου τις χρήσηται λόγῳ, μηδεμίαν κτλ." ἃ οὐδεὶς ὅστις οὐκ εὐθέως καταμανθάνει. Ὡς δ' αὔτως οὐδ' ἐν τοῖς ἑπομένοις τὸ ὁμοιότυπον τὴν ἀναγκαίαν ἑνὸς γράμματος πρόσθεσιν κωλύει· πᾶσα γὰρ ἀνάγκη γράφειν· „Οὐκ οἶδας ἐλευθέραν τὴν μὲν τοῖς ἀτόμοις κεί„νησιν εἶναι (ἢ[ν] Δημόκριτος μὲν οὐχ εὗρεν, Ἐπίκουρος δὲ εἰς

„Φῶς ἤγαγεν παρενκλιτικὴν ὑπάρχουσαν, ὡς ἐκ τῶν φαινομένων „δείκνυσιν), τὸ δὲ μέγιστον· πιστευθείσης γὰρ εἱμαρμένης, αἵρεται „πᾶσα ἡ εὐγένεια καὶ ἐπιτείμησις κτλ." Ὁ δὲ Cousin „ἢ Δημόκριτος" γράφων, οὐκ ὀρθῶς „Τὸ δὲ μέγιστον" τίθησιν, ὡς καινῆς ἀρχομένης περιόδου, καίπερ ἐναργῶς διὰ μέσου εἰρημένου τοῦ „ἢν Δημόκριτος — δείκνυσιν." Πότερον δὲ τοῦ λιθοκόπου ἁμάρτημα τυγχάνει ὂν ἢ τοῦ ἐκδότου τὸ μνήμης ἀντὶ τοῦ μνήμη οὐκ ἔχω εἰπεῖν 28, 2, 4· πλὴν ἀνάγκη μεταγράψαι „ἔσται τις αὐτῶν μετ' αὐτοὺς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμη", καὶ ἐν τοῖς μικρῷ ἀνωτέρω 27, 8 ἀσφαλῶς ἂν συμπληρώσαιμεν· „Θαυμάζω [γε μὴ]ν ὃ ἐγὼ μᾶλλον . . . . . τες, πῶς κτέ." Ῥᾷστα δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου λίθου ὑπογραφῇ ἐλλείποντα γράμματα ἀνευρίσκεται. Γραπτέον γάρ· „[τοῦ]το" (λέγει δὲ τὴν τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσιν· πβλ. τὴν τοῦ ιη΄ λίθου ὑπογραφήν) „τῷ ἀλγοῦντι ἢ λυπουμένῳ ἡ[δονή]."

Ἐκ τῶν μικρῶν ἀποσπασματίων ἓν μόνον προστίθημι οὕτω μοι πεπληρωμένον·

„ὁ αὐτὸς Ὅ[μηρος]· || βουλὴν δ[ὲ πρῶτον] || μεγαθύ[μων] ἵζε γε || ρόντων, [καὶ αὖθις·?] || γήραϊ δὴ [πολέμ || οιο πεπαυμένοι] || . . . . . Πβλ. Ὅμ. Β 53 καὶ Γ 150. Ἀξιομνημόνευτος δὲ ἡ Ζηνοδότειος γραφὴ βουλήν, ἄλλως τε καὶ ὅτι αὕτη ἡ ἐπιγραφή ἐστι μόριον παλαιοτέρας ἐπιστολῆς, ἣν ἄλλος τις φιλόσοφος, ἴσως αὐτὸς ὁ Ἐπίκουρος, ὡς ᾔκασεν ὁ Cousin, γέγραφε πρὸς νεανίας τινάς, ἧς ἀρχή· „πολλάκις, ὦ νέοι, νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ ἠγανάκτησα πρὸς τοὺς οὐδ' ΕΠΗΜ[ΟΙ?]ΕΓΗ . . . . ΤΑΣΤΕΡΩΣΟΣΤΩΣΕΝΠΑΙΔΩ[Ν]ΠΡΟΒΕΒΗΚΟΣ . . ὡς μὴ μόνον ἐπαινετοί. ΙΠΟΙΣΤΕΠΗΣΟΛΟ . . . ," ἐν οἷς δὶς μὲν τὸ ἔπη κεῖσθαι ἔοικεν, διορθῶσαι δ' αὐτὰ οὐ δύναμαι. Προσδοκᾶται γοῦν· „ἐ(κ) παίδων προβεβηκό[τες]."

Τοσαῦτα δή ἀρκείτω σοι, φίλε Hartman, παρ' ἐμοῦ συγχορηγούμενα εἰς τήνδε τὴν ἑορτήν.

Ἔρρωσο.

Utrecht. H. VAN HERWERDEN.

ΕΙΣ ΠΛΑΤΩΝΑ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΟΓΡΑΦΟΝ.

ΕΙΣ ΠΛΑΤΩΝΑ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΟΓΡΑΦΟΝ.

Bergk, Poetae Lyrici Graeci[4], II 299.

Plato.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα Φιλεῖς με,
δεξαμένη τῆς σῆς παρθενίης μετάδος·
εἰ δ'ἄρ', ὃ μὴ γίγνοιτο, νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
σκέψαι τὴν ὥρην ὡς ὀλιγοχρόνιος.

V. 3. νοεῖς, Pal. a m. s. μισεῖς, sed videtur νοεῖς ante fuisse (sec. Finslerum ισ restituit corrector in ras.), Hecker ἔχθεις, Geel ὄνοσαι, M. Schmidt ὀκνεῖς, Hartung ἀνανεύεις, αὐτό.

Πολλά ἐστιν ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις στίχοις, ἃ ἀποδεικνύει τοῦτο τὸ ποιημάτιον ἔργον εἶναι μοχθήρου τινὸς ποιητοῦ, ὃς γελοίως τῷ τοῦ Πλάτωνος ὀνόματι κατακεκόσμηται. Οὐδενὸς ἄξιόν ἐστι τὸ ἑκοῦσα Φιλεῖς με καὶ τὸ τῆς παρθενίης μετάδος· ἡ παρθενία ἤτοι φυλάττεται (π. χ. Καλλιμ. ὕμνος εἰς Ἄρτεμιν, στ. 6) ἢ δίδοται (π. χ. [Αἰσχίνου] Ἐπιστ. 10, 6), ἀλλὰ παντελῶς ἀμέριστός ἐστιν. Ἔσφαλται καὶ τὸ γίγνοιτο· ἡ τῶν Ἑλλήνων συνήθεια — ἀλλ' οὐχὶ τὰ μέτρα τοῦ ποιητοῦ — γένοιτο αἰτεῖ. Οὐ μὴν πρέπει τοσούτοις καὶ τηλικούτοις σφάλμασι παραδιορθοῦντα νέα προστιθέναι· αἱ δὲ τῶν κριτικῶν εἰκασίαι ἐν τῷ στ. 3 ἡμᾶς, ὡς ἐγῷμαι, πόρρω τἀληθοῦς ἀποπλανῶσιν. Πάντα ὀρθῶς ἔχει ἐὰν μόνον τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν ὑποστίγμην ἐξαλείψῃς· ὁ ποιητὴς εὐφημίζων λέγει εἰ νοεῖς ὃ μὴ γίγνοιτο ἀντὶ τοῦ εἰ με μισεῖς, εἰ ἀπαρνεῖ μ' ἀντιφιλεῖν.

Leiden, 1893. D. C. HESSELING.

COLLOQUIUM MORTUORUM.

Colloquium mortuorum.

ERASMUS. COBETUS.

Er. Quid novi mihi apportas, tu omnium Graecis litteris doctorum facile princeps, ex mea patria cuius caeli aquaeque vivus impatiens fui neque tamen diligere desii?

Cob. Quid sibi volunt ista verba? Roterodamum an Neerlandiam?

Er. Hanc dico. Est Roterodamensibus schola ingenuis studiis dicata, quam meae tutelae esse voluerunt; est mihi in hac urbe statua, quam sibi, nisi me fallit mens, non mihi erexerunt; est in omnium ore ioculus satis frigidus in rusticorum hominum fraudem confictus, me quotienscunque vocem campanae aedis Laurentio tosto sacrae audiam, libri, quem manu gesto, folium vertere. Ceterum ex „domo" quoque „parva, „in qua magnus", quem suum vocant, „natus Erasmus", quaestum sibi comparaverunt et in foro undique aqua putida et putria poma venditantium muliercularum tabernis circumdatus sum.

At nulli fere Roterodamensi civi mea scripta innotuerunt.

Cob. Absit omnis hic dolor! Ea enim est omnium egregiorum bonarum artium scriptorum sors ut magis laudentur quam legantur. „Non omnis moriar" est qui vere de semet ipse praedicavit, sed magna pars Libitinam non potuit vitare.

Er. Meliora equidem de te! Tua enim opera iam omnium

fere philologorum manibus teruntur et terentur, quamdiu suus erit bonis litteris honos.

Cob. Noli credere! Quod scriptoribus tam Romanis quam Graecis in fatis erat ne mihi quoque impendeat metuo: Grammaticorum, quorum effigiem ipse in Encomio Moriae adumbrasti, certaminibus interibo. Digladiabuntur autem de scriptis meis, quae lecturi non sunt.

Er. Quamquam haud sane immerito queri mihi videris, rem verbis auges.

Atqui saepius ex viris vere doctis, qui ante huc descenderunt, audivi multum venustatis leporisque tuis scriptis inesse, qua in re, pace tua dixerim, me, quo duce una cum clarissimo collega Novum edidisti Testamentum, imitari solebas. Ingenii monumenta salibus Atticis condita diutius vivere libris ab umbraticis tristibusque doctoribus conscriptis et lucernam olentibus mihi constat.

Cob. Quid si iam remissis litterarum interiorum reconditarumque studiis atque neglecta doctrinae elegantia mea opera, haud secus ac tua latine scripta, non intelleguntur? Perierint sales una cum nocturnis diurnisque laboribus.

Er. Bene ominare! Deum precor ut eiusmodi calamitates intemperiasque a patria defendat. Tot autem Universitatis Lugduno-Batavae doctores doctrina tibi impares neque tamen apud superos non superstites, Stygia cohibet unda, ut de te *cuius in disciplinam vel Graeci, ut Graece loqui et scribere et scire discerent, se tradiderunt*, nequaquam desperem. Vale.

Dabam
ex Erasmiano,
Id. Mart. CIƆIƆCCCXCIII.

J. B. KAN,
Gymn. Er. rector.

DE FABULARUM NUMERIS IN DIDASCALIIS TERENTIANIS.

De fabularum numeris in didascaliis Terentianis.

Quibus consulibus ludisque Terentii fabulae primum sint doctae, efficitur partim ex praefationibus Donati, partim ex didascaliis, quae in codice Bembino et in Calliopeis praescriptae exstant singulis praeter Andriam. Sed huic temporis indicio ab iisdem auctoribus aliud plerumque adicitur, nempe numerus designans quo ordine fabulae deinceps sint factae, actae, editae.

Qui autem horum numerorum seriem convenire credit, ut par est, cum annorum serie quos consules denotant, misere decipitur. Quin etiam non haec tantum inter se pugnant indicia, sed ipsi quoque numeri in Donato et codicibus quam maxime sunt diversi, uti docet haec tabula.

Andria (a. 166 l. Meg.). Cum desint didascaliae, unus audiendus est Donatus, qui in praefatione hoc adnotavit: *Haec prima acta est*, et in vita (Reiff. p. 28): *Scripsit comoedias sex; ex quibus primam Andriam cum aedilibus daret.*

Heautontimorumenos (a. 163 l. Meg.). Bemb.: *facta* III. Call. plerique: *facta* III, alii: *facta* II, duo: *facta* IV. Donati praefatio deest.

Eunuchus (a. 161 l. Meg.). Bemb.: *facta secunda.*

Call.: *acta secunda* [1]). Don.: *edita tertium* (Ritschl: *tertia*, Par. 264).

Phormio (a. 161 l. Rom.?) Bemb.: *facta est* IV. Call.: *facta* IV. Don.: *edita quarto loco.*

Hecyra (a. 165 l. Meg. a populo relicta, item a. 160 l. fun. Aemilii Pauli; iterum relata et placita eodem anno) Bemb.: *facta est* V. In Call. et Don. numerus deest. Sed in vita Donati citatur versus Volcatii Sedigiti, in quo Hecyra sexta fabula nominatur.

Adelphi (a. 160 l. fun. Aemilii Pauli). Bemb.: *facta* VI. In Call. deest numerus. Don.: *Hanc dicunt ex Terentianis secundo loco actam.* Et Volcatius hanc sine dubio quintam habuit.

Videmus constare tantummodo de numeris Andriae — huius enim in didascaliis quoque numerum primum fuisse apertum est — et Phormionis. Ex reliquis comoediis Heautontimorumenos habet hos: II III IV, Eunuchus: II III, Adelphi: II V VI, Hecyra: V VI.

Mirae discrepantiae origo, a viris doctis adhuc frustra quaesita, quae me iudice fuerit quam brevissime exponam [2]).

Quidam sane numeri unde venerint in medio est positum. Cum enim antiquissimi Grammatici, veluti Volcatius, fabulas numerarent secundum annos, quibus non tantum factae sed etiam peractae essent, necessario exstitit hic ordo: And. I, Heaut. II, Eun. III, Phorm. IV, Ad. V, Hec. VI. Itaque difficultatem tantummodo pariunt reliqui numeri, ac primum quidem quaerendum, unde Heaut. habeat III et Eun. atque Ad. II.

---

1) Participia *facta* et *acta* nullo fere discrimine usurpari in didascaliis docent Ritschl, Par. 263. Dziatzko, adn. crit. ad Adelph. p. 91.

2) Vid. Dziatzko in praef. ad Phorm. p. 12 sqq. quaeque ibi citat cum sua tum aliorum opuscula.

Repeto horum originem ex prologo Heaut. 16 sq., ubi dux gregis sic de poeta:

Nam quod rumores distulerunt malevoli,
Multas contaminasse Graecas, dum facit
Paucas Latinas: factum hic esse id non negat.

Fuerunt nimirum in doctis et acutis illis Grammaticis, quorum curis didascaliae praesertim debentur, quos non fugeret certissimum horum versuum indicium, poetam ante Heautontimorumenon non unam edidisse contaminatam, Andriam scilicet, sed plures vel saltem alteram, h. e. Eunuchum aut Adelphos, quae solae praeter Andriam sunt contaminatae. Sic igitur usu venit, ut Grammatici pro arbitrio alterutram horum secundo loco ponerent et Heautontimorumenon tertio [1]).

Sequitur ut explicem eiusdem comoediae numerum IV. Legitur in duobus codicibus, quorum alter, Victorianus, omnium consensu dignitate proxime accedit ad Bembinum, alter vero, Basilicanus, apographon est Vaticani et pro parte, uti hoc loco, ipsius Victoriani (Umpfenbach, p. XVIII et XXX). Cum igitur propter codicis auctoritatem huic numero fides deneganda nec mihi videatur, nec visum sit Dziatzkoni, quamquam is, quid numerus sibi velit, ignorare se fatetur [2]), puto eum natum esse ex eiusmodi fabularum recensione, qua dispositae erant secundum annos natales, nulla habita ratione fabulae derelictae aut exclusae. In tali autem enumeratione Hecyra debebat esse II et, ne deesset altera contaminata post Andriam, Eunuchus (vel Adelphi) III, quam igitur excipiebat quarto loco Heautontimorumenos. Fatendum est huiusmodi

1) De Grammaticorum opera vid. Ritschl., Par. p. 298, Dziatzko in Mus. Rhen. XX 583 sq. XXI 87 sqq. et quem ibi citat Willmanns.
2) Mus. Rhen. 1884 p. 340 sqq.

recensionis omnem periisse memoriam praeter numerum illum IV in cod. Victoriano, quandoquidem Eunuchi numerum tertium in praefatione Donati alia probabiliore ratione supra explicavimus.

Restant numeri V Hecyrae et VI Adelphorum, qui traduntur didascaliis Bembinis. Hi autem numeri, ut suspicatus est Dziatzko in edit. Adelph. p. 91, debentur Grammatico, qui neglexit primam Hecyrae actionem a. 165, quia eam populus, stupidus studio in funambulo, vix incohatam reliquerat (prol. 4 et 25), sed numeravit alteram a. 160, quae non quidem ad finem usque constitit, at tamen primo actu placuit (prol. 31), putavitque idem ille Grammaticus in ludis illis funeralibus hanc fabulam non post, ut equidem accidisse opinor, verum ante Adelphos in scenam esse productam, ita ut haec VI esset, illa V.

Credo igitur Grammaticos dinumerasse fabulas Terentianas his rationibus diversis:

I	II	III	IV	V	VI
Andr.	Heaut.	Eun.	Phorm.	Ad.	Hec.
„	„	„	„	Hec.	Ad.
„	Eun.	Heaut.	„	Ad.	Hec.
„	Ad.	Heaut.	(Eun.)	(Phorm.)	„
„	(Hec.)	Eun.	Heaut.	(„)	Ad.

Eorum numerorum quorum titulos uncis inclusi, oblitterata est memoria, exstat reliquorum.

H. T. KARSTEN.

AD LYCOPHRONIS ALEXANDRAM.

Ad Lycophronis Alexandram.

Qui hodie studiorum cursu delati Lycophronis σκοτεινὸν ποίημα, quod oblectandi animi causa nemo adit, data opera perlegunt, eorum iam fere omnium communis est opinio, scriptam esse Cassandrae vaticinationem, antequam Alexandriam poeta migrasset. Licet vero non in Museo natum sit, ingenio et indole tamen totum Alexandrinum est Lycophronis opus, quo fit ut ad nostrum usque tempus plures lectores nanctus sit poeta grammaticus, quam quibus per se dignus est. Haud impune enim qui ad Alexandrina quae dicuntur tempora animum adverterint Lycophronem neglegent, cuius carmen non solum laboriosae Alexandrinorum doctrinae insigne praebet exemplum, sed etiam istorum studiorum rationem ipsam et viam prae ceteris lucide illustrat.

Breviter, nam in tali re nunc quidem chartae parcere par est, paucisque exemplis ostendere velim, ei qui aut Lycophronis latebras illustrare interpretando, ant obscurissimum carmen, si tanti est, emendare in animo habeat, in grammaticis mythologiam, in mythologicis grammaticam spectandam, semper vero antiquiorum poetarum memoriam servandam esse.

Praeter poetas tragicos Pindarum Simonidem Ibycum sedulo consuluit Lycophro. Cuius rei oblitus ipse sibi fraudi fuit

scholiastes, quem paraphrastarum alter secutus est ad vs. 22 ubi de Paridis navibus haec sunt:

αἱ δὲ παρθενοκτόνον Θέτιν
ἰουλόπεζοι θεῖνον εὐῶπες σπάθαις
πελαργόχρωτες

quae singula illustrare et ad exemplum quidque suum revocare non est huius loci: hoc tantum moneo, levissimo teste niti qui paraphrastae fidem habuerint interpretanti: „τὴν θάλασσαν, ἤτοι τὸν Ἑλλήσποντον διὰ τὰ περὶ τῆς Ἑλένης (Bachmannus recte Ἕλλης, quod miror a Scheerio non recipi) μυθευόμενα ὅτι παρθένοι αὐτῇ θύονται." Duas interpretationes, quod saepe fit, a paraphrasta misceri quivis videbit. Quarum utram elegamus? Nam non defuerunt, qui ut ostenderent virgines τῇ Θαλάσσῃ sacrificandi morem antiquitus fuisse, narrationem de Sminthei filia cum Enalo suo in mare demersa citarent (Plut. de soll. anim. 36). Equidem Tzetzen secutus τὴν παρθενοκτόνον Θέτιν Hellespontum interpretari non dubito, cum in mentem venit iam Pindarum de Hercule cecinisse eadem via, qua nunc Paris, a Troia profecto „διὰ παρθένιον Ἕλλας πορθμόν."

Saepe enim satius est scholiastis diffidere quam iis tantum auctoribus aut mythologiam novis rebus, aut novis urbibus Graeciam locupletare. Cum φοιβὰς Lycophronea Helenen „Θυιάδα Πλευρωνίαν" dixisset (vs. 143), fingebant scholiastae urbem Peloponnesiacam Pleuronem, aliunde ni fallor ignotam, quo Pleuronia illa Helena fere conveniret τῇ Ἀργείῃ Ἑλένῃ. Ecquis iis credat qui noverit olim ab Ibyco Helenes matrem vocatam esse Λήδαν Πλευρωνίαν? Sunt ea, fateor, minus vulgatae mythologiae, sed propter id ipsum magis commendata ei qui doctioribus tantum scribit. Nam sive doctrinae ostentandae gratia obscura requirunt Lycophro et aequales, sive non numquam ut ostendant quid de cuiusdam poetae loco obscuriore

vel de glossemate censeant. Quid enim attinebat de Scylla a patre resuscitata dicere (vs. 47):

ἣν αὖθις πατὴρ
σάρκας καταίθων λοφνίσιν δωμήσατο,

nisi indicare volebat δέμας (sive δομὴ quod poetis Alexandrinis in deliciis est) derivari ἀπὸ τοῦ δέμειν? Cur vs. 49 Persephonen Λεπτύνην vocavit, nisi ut alluderet ad „πεμφίδων λεπτὴν ὄπα"? Quae interdum revera lusus fiunt. Quantum risum eruditiorum sodalium movisse putamus Lycophronem, cum ταῖς Φαλακραίαις κόραις (vs. 24) obturbaret simplicem lectorem, qui fortasse de virginibus calvitio indecoris mirabundus cogitaret, cum a poeta indicaretur pinus, silvae filia nobilis!

Contra cum paribus sibi pugnam conserit grammaticus poeta vs. 37 de Hercule scribens:

σμήριγγας ἐστάλαξε κωδείας πέδῳ,

hic enim non sola obscuritatis cupidine ductus vocabulum usurpasse videtur tam περιμάχητον. Indicare grammaticis voluit se facere cum iis qui in notissimo Homeri versu Ξ 499:

ὁ δὲ φῇ (s. φή) κώδειαν ἀνασχὼν
[πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα]

κώδειαν de capite humano putarent dictum (cui sententiae deinde et Nicander, Lycophronis in doctrina aemulus — Alex. 432 — et ipse Aristarchus suffragati sunt) itaque φῇ legendum et alterum versum expungendum esse.

Dignissimi quoque ad quos attendamus ii loci sunt quibus ad etymologicum lusum fabulas reconditas adiungit, veluti vs. 125—127 cum Pallenen paeninsulam derivans ἀπὸ τῶν παλῶν miram Protei ex Aegypto expeditionem enarrat cui sub mari „pervia tellus praebet iter", donec tandem in Pallena „caput attollit, desuetaque sidera cernit." Minime neglegendum videtur, hic quidquid ad Aegyptum pertinet,

Psamathen Protei uxorem sacellumque in Pharo, consulto a poeta neglegi, cum Toronen, civium suorum antiquam coloniam, fabulis exornet; verum haec si accuratius inquirere volumus longiore indigent disputatione. Quare nunc ea mitto pauca adiecturus de singulari Lycophronis in tragicis imitandis industria et studio.

Non enim unius generis haec est imitatio. Nonnumquam singula tragicorum verba in suum usum convertit, leviterque commutat, in Herculis sagittis „γιγαντοραίστοις ἄρδισιν" (vs. 63) Euripideum δόρυ γιγαντοφόνον (Herc. fur. 1192) exprimens, aut „γρυνὸν ἐπτερωμένον" Paridem increpans (vs. 86) quem idem Euripides (Troad. 922) „δαλοῦ πικρὸν μίμημα" dixerat; interdum amplificare tragicum sibi videtur, veluti vs. 129 cum hymni Homerici in Apollinem (vs. 94) haud immemor de Proteo dicit:

τῆς Θ' Ἡλίου Θυγατρὸς Ἰχναίας βραβεὺς,

Euripidem secutus cui (Or. 1650) Θεοὶ fuerant δικῆς βραβῆς.

Saepius autem totos versus, versuumve partes poetis tragicis debet. Exempli gratia confero cum vs. 4 Eur. Hipp. 1060; cum Lyc. 6 Eur. Hec. 827; cum vs. 40 et 41 eiusdem Or. 264; cum vs. 68 Soph. Aiac. 1411; cum vs. 69 Eur. Hel. 143; cum vs. 96 Eur. Hel. 29. Aut duorum poetarum simul versus in auditoris memoriam revocat, ut vs. 114 Antigonam Sophocleam vs. 650 et Euripidis Helenam vs. 35; vs. 143 Stesichori fragm. 26 (B.) simul cum Ibyco (Bergk. III. 249); vs. 150 Sophoclem coniungit cum Euripide (Soph. Aiac. 1292 c. Eur. Orest. 18). Extat quoque locus quo unius eiusdemque poetae duas simul partes imitando expressit; versus 462—466 dico, ubi conferendi sunt ex Sophoclis Aiace vs. 817—840 et vs. 1006 sqq. Verum de hoc loco, qua solet cura et doctrina iam disputavit Eduardus Scheerius, eruditissimus Alexandrae editor, in programmate Ploeniensi

anni 1876. Neque ego verbum adderem nisi cum Lycophronis versu 465

ἀρνεύσας λυγρὸν
πήδημα πρὸς κνώδοντος αὐτουργοὺς σφαγάς

praeter Aiacis vs. 831, quem Scheerius contulit, eiusdem fabulae vss. 1032 sq. conferendi viderentur

οὗτος δ' ἐκείνου τήνδε δωρεὰν ἔχων
πρὸς τοῦδ' ὄλωλε θανασίμῳ πεσήματι.

Quod ideo tantum moneo, quia hoc saltem loco Lycophro poetae multo praestantiori prodesse poterit et vitium tollere quo nunc versus Sophocleus laborare videtur. Equidem certe, utriusque poetae versibus collatis ex Alexandra Aiacem emendandum, et Sophocli restituendum puto θανασίμῳ πηδήματι.

K. KUIPER.

Scr. Haarlemi M. Martio '93.

EXPLICATUR LOCUS IN ARISTOPHANIS RANIS CONTROVERSUS.

Explicatur locus in Aristophanis Ranis controversus.

In chori cantico, quod Euripidis cum Aeschylo certamini praemisit Aristophanes Ran. vs. 1098 sqq., occurrit locus quo multi interpretatores in errorem sunt abducti, recta autem explicatio aut nondum inventa fuerat aut — quantum quidem sciam — nondum prolata. E recentioribus ad manum mihi sunt haec scribenti editiones Bothii (1828), Fritzschii (1845), Kockii (1881), Blaydesii (1889).

„Magnum initur certamen, ingens est contentio, bellum cietur internecivum", sic fere canere incipit chorus; deinde utrumque tragicum cohortatur ut proferat quidquid habeat felicissime a se inventum. — Hactenus nihil obscurum; omnia sunt perspicua rebusque quae aguntur optime accommodata. Quae vero sequuntur haec sunt (vs. 1109 sqq.):

εἰ δὲ τοῦτο καταφοβεῖσθον, μή τις ἀμαθία προσῇ
τοῖς θεωμένοισιν, ὡς τὰ
λεπτὰ μὴ γνῶναι λεγόντοιν,
μηδὲν ὀρρωδεῖτε τοῦθ'· ὡς οὐκέθ' οὕτω ταῦτ' ἔχει.
ἐστρατευμένοι γάρ εἰσι
βυβλίον τ' ἔχων ἕκαστος μανθάνει τὰ δεξιά.
αἱ φύσεις τ' ἄλλως κράτισται,
νῦν δὲ καὶ παρηκόνηνται.
μηδὲν οὖν δείσητον, ἀλλὰ
πάντ' ἐπέξιτον θεατῶν γ' εἵνεχ', ὡς ὄντων σοφῶν.

Quae quid significent si a veteribus commentatoribus discere cupimus, in scholiis nulla reperimus subsidia, nam quid tandem prosunt quae ad verba οὐκέϑ' οὕτω adscripta leguntur: ὡς τῶν Ἀϑηναίων οὐχ ὁμοίως πρότερον γεγυμνασμένων ἐν τοῖς ποιητικοῖς σοφίσμασιν. De βυβλίοις, quae in spectatorum manibus esse dicuntur, in scholiis altum est silentium; explicantur quae nemo non intellegit, tacetur de vocibus, quae solae explicationem requirunt, ἐστρατευμένοι et βυβλίον.

Recentiores autem si adimus, Lessingium videmus suspicatum esse de servis post pugnam ad Arginusas civitatis iure donatis hic sermonem fieri, cui optimo iure oblocutus Bothius observavit epitheton ἐστρατευμένους ad omnes Athenienses pertinere, e re bellica autem ad laudem litterariam nunc esse translatum, quapropter Welckero assensus vertit „*denn sie sind wohl eingedient nun*". Paraphrasin tamen loci hanc esse, non explicationem, nemo non videt; de libellis autem οὐδὲ γρῦ. Fritzschius cum Lessingii tum Bothii explicatione reiecta provocat ad Heracliteum illud πόλεμος ἁπάντων πατήρ ut participio ἐστρατευμένοι suam vim tribuere possit, „prudentiores enim esse qui militaverint". Risisset opinor comicus, si criticum hodiernum audivisset asseverantem poematum iudices inter veteranos potissimum esse quaerendos; iuri certe dicundo quam aptos eos censuerit ipse in Vesparum fabula satis luculenter ostendit. De libellis autem, unde hi „veterani" eruditionem suam duxerint, ne Fritzschius quidem quicquam annotavit. Scilicet nimis perspicuus ei visus fuerit locus quam ut in eo explicando tempus absumeret. Est enim quam maxime perspicuus, si credimus Droysenio et Kockio: „*jeder hat sein Buch und lernt draus, was man jetzt die Bildung heisst.* In Athen gab es damals schon sehr eifrige Büchersammler" etc. — Blaydesius denique satis sibi fecisse visus est postquam et aliunde et e comicis attulit locos complures,

ubi participium ἐστρατευμένος et substantivum βυβλίον occurrunt, in Addendis autem subiunxit unum et alterum locum ubi βιβλιοπωλῶν fit mentio.

At nihil sic proficimus. Quid sint *veterani* et quid sit *volumen* non opus est ut testibus allatis edoceamur, neque Euripidis bibliotheca huc facit. Absurda nobis narrantur ab explicatoribus, absurda locutus esse creditur chorus. Nam fac illo aevo extitisse libros nescio quos, qui historiam litterariam in compendium redactam continerent, prorsus tamen aliena hinc foret huiusmodi librorum mentio; nihil enim prodesse poterat spectatoribus volumen a Muellero vel Bernhardio vel Christio aliquo ante plus duo millia annorum conscriptum quo melius intellegeret suoque pretio aestimaret quae ambo tragici dicturi sunt.

Itaque auctor sum ut comicum suum ipsius interpretem faciamus: *Si veremini ne spectatoribus non tanta sit doctrina ut acute dicta possint agnoscere, hanc rem non iam ita se habere sciendum est; exercitati enim nunc sunt, et unusquisque libellum manu tenet, ita ut quicquid scite dicatur intellegere possit. Vel sic autem satis erant sagaces, nunc etiam eruditione valent.* — Haec in secunda Ranarum commissione — nam bis publice actam esse fabulam, quae mirifice placuisset, ex hypothesi constat — in secunda igitur commissione haec adiecit poeta. Primum cum spectata est fabula, summam admirationem moverunt parabasis ceteraque chori cantica, claros cachinnos civit Bacchi illud ad inferos iter, neque non perplacuit poetarum certamen arte exquisita a poeta festivissimo elaboratum; sed tamen multi conquesti sunt non tantam sibi esse in arte litteraria peritiam neque memoria se tantopere valere ut quoslibet locos e tragoediis allatos statim agnoscerent, quo sensu singula verba accipienda essent meminissent, si quid omitteretur mente sup-

plere possent. Nimis docta quibusdam — multis fortasse — haec comoediae pars visa est. Huc igitur spectant chori verba: id, quod tunc multis auditoribus incommodum fuerat, nunc non amplius valet. Nam fabularum actarum exemplaria apud bibliopolas prostabant; Ranarum autem fabulae, quae ingenti plausu excepta et summo honore ornata est, plurima statim divendita esse exemplaria facile credimus. Haec igitur volumina nunc manibus tenent — certe tenere a poeta finguntur — qui convenerunt ad fabulam iterum spectandam. In editione autem breviter fortasse indicati erant loci, quos ex Euripidis Aeschylique tragoediis comicus sive integros sive in ridiculum detortos attulit.

Nunc demum intellegimus particulam οὐκέτι, qua prior fabulae commissio, ante duos menses (Lenaeis) acta, ab hodierna (quae Dionysiis fit) distinguitur. Nunc participium ἐστρατευμένοι non milites veteranos significare perspicimus sed spectatores exercitatos, eruditos, peritos. Nunc in ultimis verbis νῦν δὲ καὶ παρηκόνηνται, quae explicare editores ne conati quidem hactenus fuerant, nulla superest obscuritas: acuti semper erant Athenienses, qui comicorum iocos statim auditos solerent agnoscere, nunc vero ad ingenitum illud acumen accessit peritia, legerunt enim fabulam priusquam spectatum huc convenerunt, itaque hodie certe nihil obstat quominus Aeschylus Euripidesque in certamine e qualibet tragoedia afferant trimetros chorica monodias quid non.

Denique nunc apparet poetam callide laudare spectatorum acumen et eruditionem, cum hactenus crederetur importune admodum et rustice invectus esse in civium suorum iactantiam et libellorum studium inane.

Lugd. Batav.
m. Martio
a. MDCCCXCIII.

J. VAN LEEUWEN J. F.

AD THEOPHRASTI CHARACTERES.

Ad Theophrasti Characteres.

Theophrasti Characteres, etiamsi non per se tam pretiosi essent, tamen propter Kiehlium, Cobetum et Te, vir nobilissime, mihi quidem carissimi esse deberent. Kiehlius enim, Athenaei Daventriensis professor, disciplinae suae alumnos quum universos, pro doctrina et ingenio et fervore suo, varia doceret, tum pauculos literarum studiosos peculiaribus de Theophrasto et Aeschylo scholis instituebat. Postea Cobetum Characteres pertractantem, illustrantem et alias audivi et illo Academico anno, quo Tu, vir clarissime, propter Cobetum domicilio Leidam transposito, non magis summi viri, amicitiarum tenacissimi, consuetudine et comitate sic delectabaris ut Laudatio tua declarat, quam ipse praesentia tua Magistri auditorium exornabas.

Illius temporis memoria commovit me ut hoc, qualecunque et quantulumcunque est, de Theophrasti Characteribus gratulabundus et venerabundus ad Te mitterem.

Cap. 8. *λογοποιίας.*

ὁ δὲ λογοποιὸς τοιοῦτός τις, οἷος ἀπαντήσας τῳ (sic Cob. pro *τῷ*) *φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν τὸ ἦθος καὶ μειδιάσας ἐρωτῆσαι „Πόθεν σύ"*; Si quis cuipiam obvius fit, nimirum aut praetermittere eum aut sistere potest. Urbani et humani est non de ineptiis ac nugis et tempore laevo alterum quamvis amicum interpellare, sed famigeratori, felici quod habet quem

rumoribus obtundat, aliter videtur. Quid ergo? Statim misere abire cupientem tenet, καταλαμβάνει, ut Hollandice dicam, nam Te non tantum Graece sed etiam Hollandice loquentem audivi: *hij neemt hem dadelijk in beslag.*

Esto, sed quid facias eo quod est τὸ ἦθος? Audiamus Naberum Mnemos. 1892 p. 321 sq.: „rhetor ille quem fingo, sive ipse multa turbavit, sive turbatum codicem nactus est, sive postea omnia confusa sunt, quod Parisini codices cum Palatino collati liquido demonstrant, sive tres deinceps causae interciderunt: hodie certe multa loco mota esse deprehendimus". Sic εὐθὺς primum loco motum, mox repetitum turbas dedit. Vocabula καταβαλὼν τὸ ἦθος interpretes varie explicant et Bruierius elegantissime, ut omnia, vertit: *lorsqu'il rencontre l'un de ses amis, il compose son visage, et lui souriant: D'où venez vous ainsi? lui dit il*; sed *fingere vel componere vultum* minus in rumorum captatorem ac dissipatorem cadit quam in simulatorem. Praeterea, si quid eiusmodi in hac adumbratione omnino desideratur, id per μειδιάσας satis significari videtur.

Jam totum locum sic constituerim: ὁ δὲ λογοποιὸς τοιοῦτός τις, οἷος ἀπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταλαβεῖν καὶ μειδιάσας ἐρωτῆσαι „Πόθεν σύ";

Cap. 15. αὐθαδείας.

τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα.

Cobetus Mnemos. 1874 p. 48 haec dicit: „ultima sunt sensu vacua, nec nisi ex sententia loci veterem lectionem expiscari possumus. Πέμπειν est *mittere de coena*, μερίδα πέμπειν. Quid igitur ad haec homo arrogans et truculentus? Reiicit et aspernatur καὶ λέγει ὅτι οὐκ ἂν γεύσαιτο τῶν διδομένων".

Tu videris an sententia loci hanc quoque lectionem admittat: καὶ λέγει ὅτι οὐκ ἂν δέχοιτο διδόμενα.

Ut ternarium numerum impleam, nam numero deus impare gaudet, adjungam locum ex Euripidis fragmentis.

Nauck[2] p. 401 fr. 141.

ἐγὼ δὲ παῖδας οὐκ ἐῶ νόθους λαβεῖν·
τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
νόμῳ νοσοῦσιν· ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.

Ad primum versum Nauckius annotat: „οὐκ ἐρῶ olim scripsi. rectius alii λαβεῖν in suspicionem vocarunt. νόθους λέγειν conjecit Gomperz, νόθους καλεῖν O. Hense".

Afferamus alios locos ex iisdem fragmentis:

318.

γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.

345.

ἐγὼ νομίζω πατρὶ φίλτατον τέκνα
παισίν τε τοὺς τεκόντας, οὐδὲ συμμάχους
ἄλλους γενέσθαι φήμ' ἂν ἐνδικωτέρους.

360. vs. 14 sq.

ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν
ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυσώμεθα.

Collati loci me inducunt ut pro suspecto λαβεῖν commendem τεκεῖν.

Lugd. Batavorum,
m. Martio
MDCCCXCIII.

H. W. VAN DER MEY.

AD L. 6 D. DE HIS, QUI NOT. INF. (3. 2).

Ad l. 6 D. de his, qui not. inf. (3. 2).

Quantum Graeciae debeant iuris quoque Romani studia, neminem, opinor, latet. Quippe veterum iuris conditorum opera in unum iungendo, singula scite componendo, atque ordinando, id Graius homo effecit, ut per barbara saecula evadere possent quasi solida compage tuta antiquae prudentiae volumina. Quem locum latius exsecutus est Schulting noster praeclara oratione, qua Triboniani honorem ab iniquo vindicat obtrectatore. Ab re igitur non videtur, huic studiorum collationi, qua Graeci doctoris festum celebramus diem, parvulam inserere adnotationem ad ipsa Triboniani Digesta pertinentem. Insunt huic operi loci quidam adeo difficiles, ut, esse eos difficiles, plerosque atque adeo summos viros lateat. Veluti legimus inter infames haberi „*si qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo suo nomine damnatus pactusve erit.*" At excipitur (l. 6 § 4 D. 3. 2) *qui iussu praetoris pretio dato pactus est.* Sic antiquitus lectum fuisse èt Anonymus docet, ex cuius versione in Basilica haec translata inveniuntur: *οὐκ ἄλλως ὁ συμφωνήσας ἀτιμοῦται, εἰ μὴ δῷ χρήματα, μὴ κατὰ κέλευσιν τοῦ πραίτωρος* (B. XXI. 2. 6); èt Cyrillus his verbis: *ὁ πακτεύσας ἄνευ χρημάτων, ἢ κελεύσει τοῦ πραίτωρος ἐπὶ χρήμασιν, οὐκ ἀτιμοῦται* (Sch. 8 ad. Bas. l. l.); èt Stephanus ita: *ὁ ἐπὶ χρημάτων πακτεύσας ἀτιμοῦται εἰ μὴ ἄρα κατὰ κέλευσιν τοῦ πραίτωρος τὰ χρήματα δοὺς ἐπάκτευσεν* (Sch. l. et Sch. 12 ad Bas. XXI. 2. 4). Errorem tamen subesse, sed ipsis Digestis

coaevum, inde evincitur, quod novimus in privatorum pactionibus interponere se praetorem non solere, optima ratione usum, quod nec possint laedere ius publicum. Infirmantur enim, quaecumque contra ius publicum scripta inveniuntur. Excipitur fere sola alimentorum transactio ex oratione divi Marci, quia haec transactio aliquatenus civitatem contingit, siquidem publice utile est, relicta, ut plerumque, indigis hominibus alimenta conservari nec repraesentata consumi. At in causa furti quae ratio potest intelligi, qua commoveatur praetor, ut in paciscendo partes suas exhibeat? Adeone favorabilis causa furum? In quorum odium nonnulla recepta esse, quis nescit? Itaque ferri vix potest exceptio: *qui iussu praetoris pretio dato pactus est*, ne sit is infamis. Sed parva admodum medicina sanabitur totus locus. Legendum enim est: *qui iussu patris pretio dato pactus est.* Notatur enim quasi confessus qui pretio dato pactus sit; quod non cadit in filium familias, patris iussu damnum decidentem. Neque enim confiteri is videtur, cui propter domesticum imperium abnuere non licuit. Nec is infamiam sibi irrogat, qui *iussu patris* eam ducat uxorem, quae virum suum nondum eluxerit (l. 12 D. 3. 2). Venia enim dignus est, qui parenti obtemperavit. Nec filii tantum sed servi quoque excusatur oboedientia in iis, *quae non habent atrocitatem facinoris vel sceleris* (l. 11 § 7 D. 43. 24). Fatebor, quum legendo pervenissem ad l. 12 cit., tunc casu quodam respicienti ad l. 6 cit. èt adfulsisse mihi subito summam absurditatem traditae lectionis, èt huius medelam ex posteriore fragmento petendam. Atque adeo certa res mihi visa est, ut nec ipsi summo critico, cui haec dicantur, inventum patefacere periculosum duxerim.

Scribebam Traiecti ad Rhenum Martio mense XCIII.

J. C. NABER.

MUNUSCULUM.

MUNUSCULUM

OBLATUM

CONSTANTINO CONTO

VIRO CLARISSIMO

QUO DIE

ANNUENTIBUS MUSIS

ET

VIRIS DOCTIS PLAUDENTIBUS

QUINTUM LUSTRUM

ACADEMICI MUNERIS

CONDIDIT.

Nondum, uti arbitror, recte intellectum fuit, quod Tacitus scribit in quinto decimo Annali c. 41 de incendio Romae quod sub Nerone fuit. „Fuere", inquit, „qui adnotarent quartum decimum Kal. Sextiles principium incendii huius ortum, quo et Senones captam urbem inflammaverint. Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent". Hic veteres interpretes, Ferrettus et Vertranius, nihil viderunt; sed, quod mireris, etiam Lipsius verborum sententiam non assecutus est. „Tricae", exclamat, „curiosorum hominum quas non extrico. Computem ab urbe condita? Dispar ratio. A Troja incensa? Aeque dispar. Facile collectu tibi ex fastis. Ut mihi nunc videntur, tenebrae sunt, quas non illustret ipse Phoebus". Nec Waltherus,

quem Orellius sequitur, rem expedire potuit. „Terminus", inquit, „quem curiosissimi illi scrutatores ponebant, nunc obscurus; nec ratio constat in cognitis opinionibus de anno conditae urbis." Quasi annus conditae urbis huc ullo modo trahi debeat. Haud parum certe rectius est quod Andresenus adnotavit: „Sie zählten 418 Jahre, 418 Monate und 418 Tage, wobei eine Differenz von wenigen Tagen bleibt." Nimirum hic profecit ex Merivale, qui in Historia Vol VI, p. 348 ita disputat: „The interpreters have given up generally the attempt to explain this obscure passage; but the principle of Grotefend's suggestion, which I take from Ritter's note, seems peculiarly happy. Between 19 July 364, the received date of the Gaulish fire, and 19 July 817, are exactly 453 years; and the addition of 417 years, 417 months and 417 days, completes the period wanting about 40 days. If on the other hand, we suppose the calculators to have taken 363 for the date of the Gaulish fire, the interval will be 454 years and 418 years + 418 months + 418 days = 454 years − 8 days only." Grotefendus rectam viam primus monstravit, ἀτὰρ οὐ τέλος ἵκετο μύθων, nec satis est, si ratio praeterpropter conveniat. Sensit hoc Mommsenus, cuius in chronologia p. 191 haec verba sunt: „zwischen 19 July 364 und 19 July 817 liegen 417 Jahre 417 Monate und ungefähr 450 Tage; durch welche Manipulation man die letzteren in 417 umwandelte, ist nicht zu ersehen." Lubet tamen quaerere possitne effici ut computatio examussim quadret. Non convenit inter scriptores de anno quo Galli Romam ceperunt, sed equidem nunc potissimum Dionysium sequar, qui ita scribit I 74: ἡ Κελτῶν ἔφοδος καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων... κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ ἐνενηκοστῆς ὀλυμπιάδος γενέσθαι, qui annus est ante nostram aeram 388, itaque ad Neronis incendium, quod accidit anno

64, intervallum est annorum 451. Iam ponamos annos 415 cum mensibus totidem totidemque diebus: 415 annos + 415 menses + 415 dies. Convenient anni 450 cum septem mensibus et diebus quinquaginta, vel, quod eodem redit, anni 450 cum diebus 260; quibus si addideris intercalares dies 113, ut annorum bissextilium ratio habeatur, efficientur anni quot quaerebamus 451 cum diebus *octo*.

Sed quorsum pertinent octo illi dies? Dicam. Scribit Tacitus sexto demum die finem incendio esse factum, deinde levem ignem post breve intervallum rediisse, nec tamen addidit per quot dies exitiabilis calamitas continuata sit. Nos autem aliunde novimus trium dierum fuisse, nam Roma arsit per *novem* dies, quod constat fide inscriptionis quae apud Orellium 736 est: „Haec area.... dedicata est ex voto suscepto, quod diu erat susceptum nec redditum incendiorum arcendorum causa, quando urbs per novem dies arsit Neronianis temporibus." Itaque colligimus curiosos homines annos, menses, dies numeravisse usque ad incendium exstinctum et ratio accurate apparet, *οἴχονται* vero tenebrae, quas Lipsius negabat ipsum Apollinem dispellere posse.

Scribebam Idibus Martiis, quo die celebratur „Annae festum geniale Perennae". *Δέχομαι τὸν οἰωνόν· δέχοιτο δὲ καὶ ὁ Ἀθηναῖος ξένος.*

S. A. NABER
Amstelodamensis.

IN M. ANTONINI COMMENTARIOS.

In M. Antonini Commentarios

OBSERVATA QUAEDAM,

ad C. S. CONTOS, Virum Clarissimum.

Sero quidem et inexpectatus nuntius his ipsis diebus ad me pervenit, sed idem laetissimus, mox, id est hoc mense, diem affore, quo Tu Contos, Vir Amicissime, ante quinque lustra in inclita Academia Atheniensi docendi munus auspicatus es. At quale docendi munus? Ipsam linguam maiorum tuorum, quam stupemus omnes, ipsas litteras quibus orbis terrarum haud multas praestantiores vidit, in patria Tua, quae etiamnunc Graecia audit, iuventuti studiosae explicandas sumsisti. Quo successu et quo plausu, nihil attinet me profiteri. Dicent praeclariores et populares Tui.

At neque nos exteri hunc Tibi exoptatum diem sine quadam amoris ac grati animi testificatione praeterfluere volumus. Omnium minime ego, quem tu amicitia Tua quondam dignatum eruditionis Tuae muneribus identidem ditare non cessasti. Redit in memoriam suavissimi illius temporis recordatio, — triginta fere anni, magnum humani aevi spatium, praeterlapsi sunt, — cum in illo Musarum domicilio quod Leidae est, aut apud illum quem uterque suspiciebamus, — θεὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἦν, — caenantes, aut in suburbiis obambulantes de literis et quidquid praeterea nobis cordi erat disputare et seria

ac iocos miscere solebamus, veteres illos cives tuos imitati. Itaque laetor equidem, et cogitatione adsum, et gaudii mei documentum aliquod ad te transmissum velim. At quomodo melius Te colere potuerimus, quam si pro virium mensura aliquid attulerimus ad explicandas aut melius constituendas illas litteras, quibus Tu vitam impendisti? Sed ego nunc negotiis omne genus distractus et fere obrutus, temporis quoque angustiis pressus, paucula tantum delibare possum quibus te prosequerer. Nempe ante octo annos in *Herme Berolinensi* disputavi quaedam de M. Aurelii Antonini sapientissimi imperatoris *Commentariis*. Agebam tunc de eius textu quem vocant ad codices exigendo, ipsa verba auctoris, etsi pessime habita, coniecturis fere non attingebam, neque ad id quod tum in aliud tempus remittere cogebar redeundi aut otium fuit aut occasio. Otium etiam nunc deëst, sed — si unquam — occasio his se diebus obtulit, quam fronte capillata cupidissime arripio.

Lib. I c. 9 — utor editione quam anno huius saeculi LXXXII apud Teubnerum emisit Ioannes Stich, v. d. — scripsit editor: *παρὰ Σέξτου - - καὶ τὸ ἀνεκτικὸν τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὸ ἀθεώρητον οἰομένων*, signo tamen corruptelae addito, addito etiam in cod. A (Vatic. 1950) sic scribi, ceteros exhibere *ἀθ. τῶν οἰομ.* ex correctione sine dubio perversa. Xylandro locus conclamatus videbatur, Gatakerus proposuit: *κ. τῶν ἀθεωρήτως οἰομ.*, Toupius: *κ. τῶν ἀθεώρητόν τι οἰομ.* Optime illi quidem ad sensum, sed potest vel lenius sic: *καὶ ⟨κατὰ⟩ τὸ ἀθεώρητον οἰομένων*. De sententia constat et potest conferri i. a. IX c. 41 i. f., de dicendi usu cfr. II c. 11 (p. 16, 7): *τοῖς κατ' ἀλήθειαν κακοῖς*, et VII c. 54: *ἀνθρώποις κατὰ δικαιοσύνην προσφέρεσθαι.*

Lib. I c. 16 (p. 7, 1). Patri et alia accepta refero — inquit — et *τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ ἐπίμονον, ἀλλ' οὐ τὸ προαπέστη *τῆς ἐρεύνης ἀρκεσθεὶς ταῖς προχείροις φαντα-*

σίαις. Hic quoque stellulam corruptelae indicium appinxit editor. Correxerunt alii aliter, at nemo editore infelicius: ἀλλ' οὔτοι προαπέστη. Mihi verum videtur: ἀλλ' οὐ τό· ⟨ὅτι⟩ προαπέστη⟨ν⟩ τ. ἐρ. κτλ. De forma contulerim X c. 23: ἐναργὲς ἔστω ἀεὶ τό· ὅτι * τοιοῦτο ἐκεῖνο ὁ ἀγρός ἐστι, hoc quoque corruptum et me quidem iudice sic redintegrandum: — — τό· ὅτι τὸ ἑαυτοῦ ἐκεῖνος ὁ ἀγρ. ἐστι, quod certum praestare mihi videtur IV c. 3 (p. 32, 18): λοιπὸν οὖν μέμνησο τῆς ὑποχωρήσεως τῆς εἰς τοῦτο τὸ ἀγρίδιον ἑαυτοῦ.

Lib. I c. 10: Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ — — τὸ μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν βάρβαρον ἢ σολοικόν τι — — προενεγκαμένων, ἀλλ' ἐπιδεξίως αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο ὃ ἔδει εἰρῆσθαι προφέρεσθαι, ἐν τρόπῳ — — συνδιαλήψεως περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, [οὐχὶ περὶ τοῦ ῥήματος,] κτλ. Videmus non recentem esse odiosum illum morem sermonis vitia carpendi. Sed nonne eiicienda sunt quae uncinis inclusi? Nam si de *verbo* una dispicimus, aperte improbamus illud, quod politissimus imperator aperte improbatum non vult.

Iterum emblema deprehendere mihi videor c. 16 (p. 8, 10): πάντα δὲ κατὰ τὰ πάτρια πράσσων, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐπιτηδεύων φαίνεσθαι. [τὸ τὰ πάτρια φυλάσσειν.]

Lib. II c. 2: ὅ τί ποτε τοῦτό εἰμι, σαρκία ἐστὶ καὶ πνευμάτιον καὶ τὸ ἡγεμονικόν. — — τρίτον οὖν ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. ὧδε ἐπινοήθητι· γέρων εἶ· μηκέτι τοῦτο ἐάσῃς δουλεῦσαι. Verba diductis literis significata ab editore nuperrimo recepta sunt ex Gatakeri coniectura neque eleganti neque probabili, vel hanc ob causam quod noster alioquin semper — id est, octies — activum ἐπινοεῖν usurpat. In Palatino amisso (P) ὧδε ἀπονοήθητι fuisse perhibetur, AD praebent ᾧ δὴ ἀπονοήθ., Coraes — quod e Schultzii editione efficio — proponebat: ᾧ δὴ ἐπινοήσας, ὅτι γέρων εἶ, μηκέτι τ. ἐάσ. δουλ., optime ad sensum, sed a literarum apicibus nimis recedens. Commendo: τρίτον οὖν ἐστὶ

τὸ ἡγεμ., οὗ δὴ ἐπιμελήθητι. Sententia consimilis est III, 14: σαυτῷ βοήθει. At vel longius in duritie et asperitate Stoica procedit XII, 3: τρία ἐστίν, ἐξ ὧν συνέστηκας· σωμάτιον, πνευμάτιον, νοῦς. τούτων τἄλλα μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν σά ἐστιν· τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν.

Lib. II c. 3. Praecedunt placita quaedam generalia, ex severissima disciplina Stoicorum petita; sequitur: ταῦτά σοι ἀρκείτω, εἰ δόγματά ἐστι. Τὴν δὲ τῶν βιβλίων δίψαν ῥῖψον. Ita AD, pessime, quasi auctor dubitet de iis doctrinae fundamentis, quibus tota Stoicorum philosophia moralis nititur. Quod cum ceteri editores nuperrimo melius perspexissent, alii ἀεὶ δόγμ. ἔστω praetulerunt, alii Mori coniecturam: ταῦτ' ἀεὶ δόγμ. ἔστω repetiverunt. Sed cum haec pleonastica emphasis aliena a scriptoris mente videatur, quae haec potius est: „cur te in librorum copiam immergis, unde placitorum infinitam varietatem colligas?" —, cum ita ratiocinetur, ego potius corrigam, pressius quoque ad consentaneam Vaticani et Darmstadini lectionem: ταῦτά σοι ἀρκείτω, εἰ δόγματα αἰτεῖς.

Lib. II c. 4 i. f. Δεῖ δὲ ἤδη ποτὲ αἰσθέσθαι — — ὅτι ὅρος ἐστί σοι περιγεγραμμένος τοῦ χρόνου, ᾧ ἐὰν εἰς τὸ ἀπαιθριάσαι μὴ χρήσῃ οἰχήσεται, καὶ οἰχήσῃ, καὶ αὖθις οὐχ ἥξεται. Praetulerim: — — οἰχήσεται, ὡς οἰχήσῃ, καὶ αὖθις οὐχ ἵξεται. Postremum etiam Coraes et Schultzius suaserunt.

Lib. II c. 5: πορίεῖς δὲ (σεαυτῷ σχολήν), ἐάν — — ἑκάστην πρᾶξιν ἐνεργῇς ἀπηλλαγμένην πάσης εἰκαιότητος. Immo vero ἀπηλλαγμένος π. εἰκαιότ. Similiter c. 10: ὀρθῶς οὖν καὶ φιλοσοφίας ἀξίως ἔφη (ὁ Θεόφραστος) κτλ. In AD est φιλοσόφως ἀξίως, unde potius φιλοσόφου ἀξ. eruerim.

Lib. II c. 6. Ὕβριζε, ὕβριζε αὐτήν, ὦ ψυχή· τοῦ δὲ τιμῆσαι σεαυτὴν οὐκέτι καιρὸν ἕξεις· βραχὺς γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. Omnia plana et perspicua, et vitae cursum brevem esse iam multi

ab Herodoto inde (VII, 46) sic enunciaverunt. Sed malum factum, quod in edd. vett. non βραχὺς γὰρ κτλ. est, sed εὖ γὰρ ὁ β. ἐκ., in A οὐ γὰρ ὁ β. ἐκ., unde quomodo βραχὺς γ. elici potuerit non facile exputo. Fuere, qui εἷς γὰρ coniicerent, fuere qui φεύγει γὰρ, Stichus admodum infeliciter οὐ γὰρ ὁ β. ἐκ. ⟨ἀρκεῖ⟩ „vel aliud eiusmodi" requisivit. Legam: ῥεῖ γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. Sic IV, 43 est ῥεῦμα βίαιον ὁ αἰών. Sic V, 10: ἐν τοσαύτῃ ῥύσει τῆς τε οὐσίας καὶ τοῦ χρόνου. Sic V, 23: ἡ οὐσία οἷον ποταμὸς ἐν διηνεκεῖ ῥύσει, et saepius.

Lib. II c. 11 (p. 16, 15): Οὔτε ἂν τηλικοῦτον ἥμαρτεν (ἡ φύσις), - - - ἵνα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ [ἐπίσης] τοῖς τε ἀγαθοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κακοῖς πεφυρμένως συμβαίνῃ. Glossema est ἐπίσης rarioris vocabuli πεφυρμένως.

Lib. III c. 2 (p. 21, 24): Εἴ τις ἔχει πάθος καὶ ἔννοιαν βαθυτέραν πρὸς τὰ ἐν τῷ ὅλῳ γινόμενα, - - οὗτος - - καὶ γραὸς καὶ γέροντος ἀκμήν τινα καὶ ὥραν καὶ τὸ ἐν παισὶν ἐπαφρόδιτον τοῖς ἑαυτοῦ σώφροσιν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν δυνήσεται. Iure quaesiveris quibus tandem aliis quam *suis* oculis aliquis talia adspicere possit. Reponendum: τοῖς αὐτοῖς σώφροσιν ὀφθ. ὁρ. δυνήσ. *Eodem* casto vultu quae in quoque genere pulcra sunt intuebitur.

Lib. III c. 3 i. f. Si post mortem nihil amplius sentiemus, inquit, vel sic mors bonum est: παύσῃ - - λατρεύων τοσούτῳ χείρονι τῷ ἀγγείῳ ἤ περ ἐστὶ τὸ ὑπηρετοῦν. Scribendum ut fere iam Mericus Casaubonus ostendebat, etsi nemo editorum aurem praebere dignatus est: - - τοσούτῳ χείρονι τῷ ἀγγείῳ ⟨ὅσῳ περ⟩ περίεστι τὸ ὑπηρ. Ita i. a. V, 15 l. 15: ὅσῳ περ πλείω τις - - ἀνέχηται, τοσῷδε μᾶλλον ἀγαθός ἐστι.

Lib. III c. 4 in. Μὴ κατατρίψῃς τὸ ὑπολειπόμενον τοῦ βίου μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις. - - ἤτοι γὰρ ἄλλου ἔργου στέρῃ, τουτέστι φανταζόμενος, τί ὁ δεῖνα πράσσει, καὶ τίνος ἕνεκεν, - - καὶ ὅσα τοιαῦτα ποιεῖ ἀπορρέμβεσθαι

τῆς τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ παρατηρήσεως. Quae diductis literis significavi prorsus sensu cassa sunt, nec debebat editor ea quasi sana et integra essent sine stellula appicta exhibere. Partem veri Coraes vidit, cum proponeret in fine: τοιοῦτό τι φανταζόμ. Sed verissime monuit Schultzius acutissime cernere solitus vel hac necessaria emendatione recepta locum a librariis depravatum manere, et omiserunt fere interpretes quae recte vertere nequiverant. Locus sensum, ni fallor, recuperabit sic scriptus: αὐτὸς γὰρ καλοῦ ἔργου στέρῃ τοιοῦτό τι φανταζόμενος κτλ. *Ipse enim pulcro negotio privaris*, (vel *te privas*), *ubi curiose res alienas perscrutaris.* Sic in fine eiusdem capitis (p. 23 i. f.): sapiens, inquit, μόνα τὰ ἑαυτοῦ πρὸς ἐνέργειαν ἔχει -- κἀκεῖνα μὲν καλὰ παρέχεται.

ibid. In eodem capite idem fere vocabulum iterum obscuratum suspicor in his (p. 23, 15): ὁ γάρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος -- ἱερεύς τις ἐστι καὶ ὑπουργὸς θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτῷ. (Cfr. c. 16 i. f.) Immo vero χρώμενος καλῶς numine, quod intus gerit.

Lib. III c. 5: Ἐν δὲ τὸ φαιδρὸν *. Non multum deesse videtur: ἐν⟨έστω⟩ δὲ τὸ φ., ut fere Morus volebat, qui ἔτι δὲ τὸ φ. ἔστω proponebat; ceteri edd. ariolati sunt quae veri speciem non habent.

Lib. III c. 15. Οὐκ ἴσασι, πόσα σημαίνει τὸ κλέπτειν, τὸ σπείρειν, τὸ ὠνεῖσθαι, τὸ ἡσυχάζειν, τὸ ὁρᾶν τὰ πρακτέα, ὃ οὐκ ὀφθαλμοῖς γίνεται, ἀλλ' ἑτέρᾳ τινὶ ὄψει. Videtur philosophus id dicere, multa vocabula non proprio tantum sensu sed etiam metaphorice esse accipienda. Sed vel sic mira est verborum collocatio. Quid enim commune inter notionem vocabuli κλέπτειν et σπείρειν, quid inter ὠνεῖσθαι et ἡσυχάζειν? Et miratus est ante me clar. Coraes, qui τὸ κλέπτειν in τὸ συλλέγειν mutatum volebat. Id quidem nimis violentum est remedium, sed si in re obscuriore suspicionem proferre licet, putaverim

et hic consimilia esse copulata et legerim: οὐκ ἴσασι, πόσα σημαίνει τὸ σκάπτειν, τὸ σπείρειν, τὸ δονεῖσθαι, τὸ ἡσυχάζειν seqq. Solent copulari σκάπτειν et σπείρειν, neque multum aliter Epictetus apud Arrianum in Διατριβαῖς I, 16 § 16: οὐκ ἔδει καὶ σκάπτοντας καὶ ἀροῦντας καὶ ἐσθίοντας ᾄδειν τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν Θεόν; Contraria autem sunt sibi respondentia δονεῖσθαι et ἡσυχάζειν. Dixit Herodotus noto loco (l. VII c. 1): ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα, usus est eo vocabulo saepius Aristophanes, dixit Lucianus, Marci aequalis, *Anach.* § 20 i. f. de rusticis: παραδιδόντες αὐτὰ (i. e. τὰ φυτὰ) τοῖς ἀνέμοις δονεῖν καὶ διασαλεύειν, et saepius apud eum vocabulum usurpatum deprehendimus.

Lib. III c. 16. Τὸ τὸν νοῦν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα (ἔστι) καὶ τῶν θεοὺς μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα ἐγκαταλειπόντων, καὶ τῶν ποιούντων, ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας. In τῶν ποιούντων aliquid deesse in aprico est. Gatakerus supplebat τῶν ⟨ὁτιοῦν⟩ π., Coraës ⟨πᾶν ὁτιοῦν⟩ π., mihi magis arridet vel πορνευόντων vel ⟨αἰσχρο⟩ποιούντων, quod quo lascivo sensu accipiatur notum est.

Lib. III c. 12. Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῇς -- καὶ μηδὲν παρεμπόρευμα κτλ. Apertum est deesse verbum. „Repetendum ex antecedd. ἐνεργῇς", praecipit Schultzius, qui tamen malit: κ. μηδὲν παρεμπορεύῃ, ipse suppleverim: καὶ μηδὲν παρεμπόρευμα ⟨ἐμπορεύῃ⟩, quemadmodum v. c. IV, 2 dicitur ἐνέργημα -- ἐνεργείσθω. Verbum ἐμπορεύεσθαι legitur proprio sensu IV, 32.

E sequentibus libris nunc unum tantum locum attingam. Legitur VIII c. 51 (p. 110, 3 seqq.): πῶς οὖν πηγὴν ἀέννακον ἕξεις; ἂν φυλάσσῃς σεαυτὸν πάσης ὥρας εἰς ἐλευθερίαν, μετὰ τοῦ εὐμενῶς καὶ ἁπλῶς καὶ αἰδημόνως. Quaeritur quid sit φυλάσσειν ἑαυτὸν εἰς ἐλευθερίαν, quod nemo facile dicat. Atqui ita editur ex AD, sed me iudice ex scribae infelici correctione. Verum inesse videtur in corrupta edd. vulgatt. lectione, ex

amisso optimo Palatino ducta: -- ἕξεις; φύου σεαυτόν κτλ. Et est quidem vox φύου hic ineptissima, iam Gatakero suspecta, nec tamen cum Schultzio mutanda in ἀφελοῦ σεαυτὸν, vel cum Coraio in φυσίου σεαυτὸν, sed in: φρένου σεαυτὸν π. ὡ. εἰς ἐλευθερίαν, μετὰ τοῦ εὐμενοῦς καὶ ἀπλοῦ καὶ αἰδημόνος. Vox φρενοῦν tragicis praesertim est frequentissima. Instar omnium sit Euripidis Ion, vs. 526: οὐ φιλῶ φρενοῦν ἀμοίρους καὶ μεμηνότας ξένους. Neque sequiores eam ignorant. Non premam quod Lexiphanes Lucianeus ea utitur (§ 19), sed occurrit apud Iulianum p. 225 B, ex certissima Cobeti emendatione in *Mnemos.* V. S. VIII p. 73.

Habes meam symbolam, vir amicissime, si rem spectas exilem et subitaneae operae, sed hoc velim tibi persuasum habeas, certum perpetuae amicitiae et caritatis documentum. Eveniant omnia fausta, felicia, Tibi tuisque. Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς!

Scr. Roterodami in Hollandia d. 12 m. Mart. 1893.

H. J. POLAK.

AD THUCYDIDEM.

Ad Thucydidem.

III 38. 4: *αἴτιοι δ' ὑμεῖς κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων, τὰ μὲν μέλλοντα [ἔργα] ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι, τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τὸ δρασθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθέν, ἀπὸ τῶν λόγῳ καλῶς ἐπιτιμησάντων.*

Ferri non posse videtur: *οὐ τὸ δρασθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθέν* (cf. Classen ad h. l.); equidem Thucydidem scripsisse puto: *οὐ τὸ ὀφθὲν πιστότερον λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθέν.* Ad *ὀφθέν* Graeculus quidam *ὁραθέν* adscribebat, quod melius tunc homines intelligebant, alius *θεαθέν.* *Θεαθέν* nobis servatum est, de quo ita Bloomfieldus: „*Ὄψει* magis consentaneum est pristinae scripturae *θεαθέν*, quae dimidia parte membranarum fulcitur." *Ὁραθέν* autem in *δραθέν* abierat notissimo errore, quod in *δρασθέν* deinde mutavit librarius, qui meminerat a verbo *δρᾶν* derivari *ἐδράσθην*, *δραστέον* cet.; hodieque, ut testatur Lobeckius ad Aiacem[2] p. 317, in codd. hic et *δραθέν* et *δρασθέν* invenitur. Nec tamen illud *ὀφθέν* prorsus interierat: in *ὄψει* vestigium eius superest.

Haud aliter legisse videtur Valla vertens: et ex iam factis non id certius existimantes esse quod ipsi vidistis quam quod audistis.

V 96: ΜΗΛ. *Σκοποῦσι δ' ὑμῶν οὕτως οἱ ὑπήκοοι τὸ εἰκός, ὥστε τούς τε μὴ προσήκοντας, καὶ ὅσοι ἄποικοι ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ ἀποστάντες τινὲς κεχείρωνται, εἰς ταὐτὸ τιθέασιν;*

Eorum quos Athenienses armis domuerant duo hic genera distinguuntur. Scire tamen velim quosnam significare voluerint Melii ἀποίκους, qui, miserrimi hominum, nihil prorsus delinquentes ab Atheniensibus essent subacti. Plurimi fuisse dicuntur; ego nullos excogitare potui et haud scio an librarius quidam, haec apud nostrum legens: ὅσοι ἄποικοι ὄντες καὶ ἀποστάντες, quum duo genera ibi significari putaret, de suo addiderit οἱ πολλοί et τινές. Scholiastes certe ita legisse videtur quum haec scribat: ὥστε ἐν τῷ αὐτῷ τιθέναι καὶ ὁμοίως ἀξιοῦν καταδουλοῦσθαι τούς τε μηδὲν προσήκοντας ὑμῖν, ὥσπερ ἡμᾶς, καὶ τοὺς ἀποίκους μὲν ὑμῶν ὄντας, ἀποστάντας δὲ καὶ διὰ τοῦτο χειρωθέντας.

VII 61. 3: μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων, καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες στῆναι καὶ ὡς ἀναμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους, ὅσον αὐτοὶ ὑμῶν αὐτῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε.

Hunc locum sic fere interpretari solent vv. dd.: Παρασκευάζεσθε, nam 1° spes est melioris fortunae, et 2° stat vobis consilium instaurandi pugnam digne hac multitudine. — Mire profecto dux hortatur milites quos ita animis paratos esse sciat; mire παρασκευάζεσθε obiecto caret. Medicina in promptu est: expellendum est καί, quo „non est vocula quae facilius irrepat" [Cobet V. L. p. 145]. Librarius qui nesciebat verbum παρασκευάζειν c. ὡς et participio iungi solere ideoque participia ἐλπίσαντες et ἀναμαχούμενοι eodem modo ad παρασκευάζεσθε referenda esse arbitrabatur, inserendo καί scriptoris manum restituere sibi videbatur.

Non est dubitandum quin idem legerit Valla, cuius haec est versio: eoque vos ad pugnam praeparate quemadmodum pugnare par est tantam vestrum multitudinem, quantam videtis.

Lugduni Batavorum
m. Martio
MDCCCXCIII.

L. PUNT.

EX ADVERSARIIS MEIS.

STANFORD LIBR

Ex Adversariis meis.

Gravi errore affectum est quod apud Plutarchum legitur in Vita Thesei (Cap. XI extr.): *οὕτω δὴ καὶ Θησεὺς κολάζων τοὺς πονηροὺς ἐπεξῆλθεν, οἷς μὲν ἐβιάζοντο τοὺς ἄλλους ὑπ' ἐκείνου καταβιαζομένους, ἐν δὲ τοῖς τρόποις τῆς ἑαυτῶν ἀδικίας τὰ δίκαια πάσχοντας.* Theseus ut in ceteris in hoc quoque Herculem imitari solebat quod latrones et omnis generis maleficos a quibus tunc Graecia infestabatur iisdem suppliciis afficiebat quae ipsi de aliis sumere consueverant. Velut Hercules Busiridem in aris humano sanguine respersis ipsum immolavit; Antaeum pugnis confecit; Termerum caput capiti illidens peremit; sic Theseus Sinim duabus pinibus in diversa distrahendum alligavit; Scironem pedes abluere coactum in mare provolvit; Procrustis lecto exstantia membra ferro amputavit. Hi omnes qua ratione ceteros perdiderant ipsi perierunt. Sed hoc Graece alio modo dici debebat quam quo Plutarchus hic usus esse putatur. Nihil sane vulgatius apud omnes quam *δίκαια πάσχειν merito plecti*; quae locutio an articulum admittat, dubito; sed de hoc non dubito quin prorsus inauditum sit et in prosa quidem oratione exemplo careat quod h. l. legitur: *τὰ δίκαια τῆς ἀδικίας πάσχειν.* Neque ad sensum hoc aptum est; non enim de *iusta* vel de *satis gravi* poena nunc agitur, sed de supplicio sceleri commisso *consimili*, *affini*, *cognato*. Unde

iam pellucet vera lectio, quae et rationi et orationi omnino satisfaciet: ἐν δὲ τοῖς τρόποις τῆς ἑαυτῶν ἀδικίας τὰ οἰκεῖα πάσχοντας. Comparari potest quod apud Diod. Sic. Lib. XVI Cap. 56 de Philone peculatore legimus: ταῖς ἐσχάταις αἰκίαις περιπεσὼν οἰκείαν τῆς ἀσεβείας ἔσχε τὴν τοῦ βίου καταστροφήν.

In *Vitae Romuli* Cap. XIII variis coniecturis prolatis de *patrum* nominis origine, quo Romulus antiquissimos senatores a se lectos appellaverat, maxime sibi probari dicit, si quis putet τὸν Ῥωμύλον ἀξιοῦντα τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους πατρικῇ κηδεμονίᾳ καὶ Φροντίδι προσήκειν ἐπιμελεῖσθαι τῶν ταπεινοτέρων .... οὕτως ὀνομάσαι. Nemo non videt verbum q. e. προσήκειν hic pessime abundare, quo resecto rectissime procedunt omnia; sed nihil minus emblemati simile videtur. Legendum existimo: καὶ Φροντίδι προσηνεῖ συνεπιμελεῖσθαι τῶν ταπεινοτέρων. Praepositio minime otiosa est: *una* (cum rege sc.) *curare*.

In *Comparatione Thesei et Romuli* raptus virginum Sabinarum non eo tantum excusatur quod mariti Romani uxores suas per totam vitam summa caritate et obsequio prosecuti sint, sed magnis laudibus etiam effertur tamquam facinus pulcherrimum et ad gentium coniunctionem utilissimum: οὕτω συνέμιξεν ἀλλήλοις καὶ συνέπηξε τὰ γένη καὶ παρέσχε πηγὴν τῆς εἰς αὖθις εὐνοίας καὶ δυνάμεως τοῖς πράγμασιν. Manifesto hoc dicit ex eo fonte prosperitatem et magnitudinem imperii Romani fluxisse. Nullus hic locus est *benevolentiae*; et si esset quid tandem significare posset: ἡ εὔνοια τῶν πραγμάτων? Una literula mutata rescribe: τῆς εἰς αὖθις εὐροίας. Εὔροια apud Plutarchum frequens est et cum *fontis* notione optime coniungitur. Cf. Vit. Periclis

Cap. 20: διὰ τὸ μέγεθος τῆς ὑποκειμένης ἡγεμονίας καὶ τὴν εὔροιαν τῶν πραγμάτων.

Notissima res est in libris MSS. perpetuo πράττειν et προστάττειν stulte permutari et multis locis vera lectio a criticis restituta est. Quo magis miror errorem manifestissimum tamdiu omnes latere potuisse, praesertim in scriptore et libello et olim et hodie multum lectitato, Luciani *Charontem* volo. Locus est in Cap. III, ubi Charon his verbis Mercurium adloquitur: Nosti, mi Mercuri, quae inter navigandum proloqui consueverim. Ubi enim ventus ex transverso velis summa vi incidit fluctusve maiores cientur, statim imperitia vel vela subducere vel pedem facere vel procellae navem committere clamatis; ego vero silentio agere iubeo; ipse enim quid in rem sit melius scio: κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ σὺ πρᾶττε ὁπόσα καλῶς ἔχειν νομίζεις κυβερνήτης νῦν γε ὤν· ἐγώ δέ, ὥσπερ ἐπιβάταις νόμος, σιωπῇ καθεδοῦμαι πάντα πειθόμενος κελεύοντί σοι. Nonne evidens est πρόσταττε esse corrigendum? Siqua superesse posset dubitatio, vide quid Charon paucis interpositis iterum Mercurium hortetur: πρόσταττε· ὑπουργήσω γὰρ ὅσα δύνατα.

In Dialogo Mortuorum sexto Pluto captatorem impudentissimum Terpsionem his verbis increpat: Novam et ante hoc tempus inauditam artem vos commenti estis, amore ardentes vetularum et senum, et maxime orborum, οἱ δ'ἔντεκνοι ὑμῖν ἀνέραστοι· καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν ἐρωμένων .... ἢν καὶ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτοὺς πλάττονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσι. Quam absurde qui modo quod liberos haberent ἀνέραστοι audiebant, nunc οἱ ἐρώμενοι vocantur, et rursus οἱ ἐρώμενοι operam dare dicuntur ὡς ἐραστὰς ἔχωσι! Corrigendum arbitror: πολλοὶ ἤδη τῶν (παρ)ορωμένων.

Aegre quibus liberi sunt se praeteriri et neglegi patiuntur, ubi orbos coli et muneribus onerari vident. Quod millies factum, sigla praepositionis excidit. Sic in Cap. VII Charontis rectissime πολλὰ ῥαψῳδοῦντος παρακούσας ἐνίων ἔτι μέμνημαι Fritzschius restituit pro vulgata ἀκούσας.

K. G. P. SCHWARTZ.

DE LOCO QUODAM XENOPHONTIS INTERPRETANDO.

De loco quodam Xenophontis interpretando.

Cum quaererem aliquid, Vir Clarissime, quod honoris et gratulationis causa ad Te mitterem, incidi in adnotationes quasdam in scriniis repositas, quas antea feceram cum instituissem locos veterum paullatim colligere qui aliquam utilitatem haberent ad illustrandas rationes suffragii popularis et iudicialis Atheniensis, quod alias fiebat manibus sublatis, alias per urnas singulas aut binas, per calculos similes aut dissimiles, per tabulas, per alias res denique, quos prout inveneram in conspectu positos exscripseram. Quamquam hac sedulitate colligendi numquid mihi profectum sit ad ipsam rem de qua tum quaerebam, nunc in medio mihi relinquendum est; inter ea vero quae ad locos collectos antea adscripseram, aliquid esse mihi nunc videbatur quod non nimis indignum esset quod Tecum communicarem Tuoque iudicio subicerem, praesertim cum pertineret ad interpretationem loci cuiusdam Xenophontis, auctoris quem Te in oculis ferre scirem.

Locus de quo brevi agam, est huiusmodi (Hellen. 1. 7. 7): *τοιαῦτα λέγοντες ἔπειθον τὸν δῆμον· ἐβούλοντο δὲ πολλοὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐγγυᾶσθαι ἀνιστάμενοι· ἔδοξε δὲ ἀναβαλέσθαι εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν· τότε γὰρ ὀψὲ ἦν καὶ τὰς χεῖρας οὐκ ἂν καθεώρων· τὴν δὲ βουλὴν προβουλεύσασαν εἰσενεγκεῖν, ὅτῳ τρόπῳ οἱ ἄνδρες κρίνοιντο.* Agitur h. l. de iudicio Praetorum qui ad Arginusas praelio navali vicerant; verba pertinent ad primum Populi

Concilium quod in ea causa habitum est. Paucis diebus antea Senatus, accepta eisangelia quam fecerat Timocrates, de huius sententia decreverat ut Praetores vincti traderentur Concilio Populi. Hi igitur in vinculis aderant; Populo videndum erat, num ipse quoque recipere vellet eisangeliam; de ea re ita decerneretur necesse erat, ut aut acciperetur aut antiquaretur rogatio de qua Praefectus Populum in suffragium missurus erat, qua Populus Senatum iuberet Probouleuma facere de ratione qua iudicium habendum esset, ὅτῳ τρόπῳ οἱ ἄνδρες κρίνοιντο, i. e. de poena sumenda ab eis qui condemnarentur, de genere et numero Iudicum, de aliis quibus Senatui opus esse videretur. Si ea rogatio acciperetur, futurum erat ut accepta esset eisangelia, si antiquaretur, ut reiecta. Praeterea Populo videndum erat, num Vades publicos dare reis permitti placeret; de ea re quoque in hoc eodem Concilio si rogatio ferebatur, suffragiis decerni debebat; Populo enim licebat in vinculis retinere aut dimittere quos vellet. — Verba Xenophontis igitur quae supra adscripsi declarant quid de his rebus in Concilio actum sit, postquam auditae essent orationes a civibus quibusdam contra Praetores, et ab ipsis se defendentibus, habitae. Difficultatem quam strictim legentibus praebent, ita lectorem facillime sensurum fuisse censeo, si liceret mihi adscribere ipsa verba virorum doctorum qui hunc locum explicare et suis verbis referre conati sunt; quod cum facere non liceat, indicabo quid desiderem in sententiis aliquot virorum optime de harum rerum cognitione meritorum, quos me nominare honoris causa, neque ulla disputandi neque vituperandi cupidine permotum, sed ut brevi ostendam quonam pertineat argumentatio mea, ex animo testor. Nam cum plerique perspicerent aliquid *decretum esse* a Xenophonte tradi, cum vero omnes intellegerent aliquid *omissum esse* dici propter vesperam inumbrantem, cum denique quid decretum, quid omissum

esset alii aliter interpretarentur, rationem tamen nullam reddere potuerunt hi viri docti, quomodo fieret ut lux extrema paullatim deficiens, quae de altera re decerni prohiberet, nihilominus de altera decernendi copiam etiam faceret. Sic Herbst v. cl. (in: die Schlacht bei den Arginusen, 1855, pag. 46 sq.) statuit, propter crepusculum ortum de eisangelia accipienda suffragium factum non esse, sed tamen rem ad senatum esse delatam, sine suffragio, quod quomodo factum esse possit frustra quaeris; Curtius v. cl. (Gr. Gesch. 2, pag. 785) contendit de re ad senatum deferenda suffragium quidem habitum esse, sed de accipienda delatione decretum non esse propter tenebras, itaque is ne hoc quidem sensit, utramque rem de qua suffragium factum et non factum esse dicat, esse plane unam eandemque; Gilbert (Beiträge pag. 377) in verbis Xenophontis *repugnantiam manifestam* inesse censet, quam ita tollendam esse suspicatur, ut statuamus, suffragium nullum habitum esse, sed ea quae ad Populum lata essent *pro acceptis* esse habita; haec sententia probabilitate carere mihi videtur quia quid sit „pro acceptis habere" non assequor, neque solum nihil indicat quod dilatum sit, sed etiam repugnat verbis Xenophontis (ἔδοξε) quae explicari oportebat; idem fere cadit in sententiam viri cl. Breittenbach, qui (in adn. ad h. l.) statuit de Concilio dimittendo et de re ad Senatum deferenda decretum esse tumultuaria quadam ratione, sine iusto suffragio. Aliquanto melius ante hos omnes S. A. Naber v. cl., collega meus honoratissimus (in Mnemos. 1852 pag. 244) rem hoc modo solvere conatus erat, ut eisangelias tot numero accipiendas fuisse diceret quot essent rei, *sex* scil., itaque is solus causam per se probabilem attulit cur de altera re quae uno suffragio confici posset (de re ad Senatum demittenda) etiam potuerit suffragium fieri, de altera vero (eisangeliis accipiendis) quae

sex rogationibus contineretur, non potuerit; quamquam huic sententiae obstare mihi videtur, causam non esse cur sex diversas eisangelias dinumeres, neque suffragium, quod de delatione accipienda faciendum fuerit, esse distinguendum a suffragio quo Probouleuma peteretur.

Res explanari posse mihi videtur, si reputemus quibus actionibus opus fuerit cum vades publici in Concilio darentur; qua de re nos admonere possunt verba legis a Grammatico insertae in Demosthenis Timocrateam (§ 39): *ἐγγυητὰς καταστῆσαι ... οὓς ἂν ὁ δῆμος χειροτονήσῃ.* A singulis reis enim ternos vades dari necesse erat; hi singuli erant evocandi, diiudicandi, suffragio Populi probandi ant reiciendi. Habemus certe actionem, quam fieri potuerit ut prohiberet lux iamiam deficiens, quae eadem sineret *unum* suffragium etiam haberi, cum ipsa etiamsi reliqua omnia sine ulla mora festinanter peragerentur tamen utique *duodeviginti* suffragiorum lationes requireret. De ea re admoniti si iterum diligentius inspexerimus locum Xenophontis, apparebit hanc ipsam, constitutionem vadum publicorum, esse rem quam dilatam esse tantum non diserte dicat Xenophon. Omnino cogitandus non est eiusmodi eventus, quo futurum fuerit ut eisangelia reiceretur; non in ea re, sed in vadibus accipiendis aut recusandis nunc versabatur summum discrimen causae; hoc satis indicat Xenophon, cum in narratione brevissima tantum tribuat vadimoniis illis oblatis, ut eorum mentionem faciat. Si vades accepti erant, nihil erat cur supplicium metuerent Praetores, tum expectari poterat fore ut eorum causa Iudicibus traderetur, ipsi satis tuti erant. Ad eum exitum rem inclinare perspiciebant inimici Praetorum; hanc ob causam ad populum latum est, *ut in aliud Concilium differretur actio de vadibus constituendis*, quod iam sero esset et mox futurum ut dispici non possent manus sublatae, *utque Populus iuberet Senatum Probouleuma facere*

de modo iudicii; ita decretum est. Tenebrae instantes utilissimum argumentum praebebant inimicis Praetorum; si eo argumento caruissent, ad Populum ferri necesse fuisset primum: ut Probouleuma a senatu peteretur, deinde: ut Praetores in vinculis retinerentur et recusarentur vadimonia; hanc extremam rogationem antiquaturi fortasse fuissent cives, quo fieret ut ad vades evocandos transire deberet Praefectus. Ut erat, recusatio vadimoniorum bona specie, tamquam casu necessaria facta, in unum coniungi poterat cum illa rogatione et cum illa ab omnibus approbari debebat; aura secunda popularis pro Praetoribus excitata evanescere poterat sine ullo effectu; ad supplicium reservabantur rei.

I. M. J. VALETON.

EMENDATIONUM TRIAS.

Emendationum trias.

1.

In ultimo libro III Ciceronis *de finibus bonorum et malorum*, Cato, postquam totam rationem Stoicorum et doctrinam exposuit, his verbis epilogum ad finem perducit:

Quod si ita est, ut neque quisquam nisi bonus vir et omnes boni beati sint, quid philosophia magis colendum aut quid est virtute divinius? Facile lectori ignoverim, qui longiore disputatione perlecta, in ultimis paululum oscitaverit, et suam sibi virtutem, *quod ad libri umbilicum pervenerit*, congratulatus, clausulam obiter modo percurrerit. Attamen quicunque integer et recens mente ad illa redierit, facile sibi persuadebit lacunosam esse orationem et unam desiderari notionem, ut, qui syllogismus in verbis scriptoris lateat, omnibus sit numeris absolutus. Nemo enim nisi bonus vir dicitur — quid esse? Praedicatum aberit, nisi ex posterioribus „*et omnes boni beati sint*" sumetur. Habebimus igitur hunc syllogismum:

Nemo nisi bonus vir beatus est
atqui omnes boni beati sunt
philosophia ergo colenda.

Ita maior et minor nulla different alia re, nisi quod haec

per affirmationem, illa per negationem prorsus eadem enuntiant. Praeterea conclusio nullum terminum, ut cum dialecticorum filiis loquamur, neque communem habet cum minore neque cum maiore. Ratio erit igitur ab omni parte vitiosa. Ut vero non tantum Caesari reddatur, quod Caesaris est, sed Catoni quoque, quod Catonis, restituatur:

Quod si ita est, ut neque quisquam <sapiens> *nisi bonus vir et omnes boni beati sint, quid philosophia magis colendum cet.*

sapiens est bonus vir
bonus vir est beatus
sapiens igitur beatus
(*quod beatum facit colendum*)
philosophia igitur (= sapientia) *colenda.*

2.

Plinius Hist. Nat. Praef. § 5. Plinius opus Tito inscripturus „*Vespasiano suo*" excusat suam *petulantiam* et *procacitatem* et *audaciam*, quam culpam Titi benevolentiae acceptam refert. Postquam vero vicit ex dignitate et rebus gestis imperatorii filii natum pudorem, nova quaedam timiditatis occurrit causa, principis scilicet ingenium. Non enim gloria modo bellica excellit, sed oratoriis quoque poeticisque laudibus floret: *Perfricui faciem, nec tamen profeci, quoniam alia via occurris ingens et longius etiam submoves ingenii fascibus. Fulgurat in nullo unquam verius dicta vis eloquentiae, tribunicia potestas facundiae. Quanto tu ore patris laudes tonas! quanto fratris famas!* cet. *Tribunicia potestas* feliciter a Mommseno restituta est pro codicum scriptura: *tribuniciae potestatis.* Non optime autem *potestati tribuniciae* opponitur vel adeo ex altera parte adponitur nuda illa *vis eloquentiae. Vis eloquentiae* sunt verba nimis trita et vulgata, quam quibus addatur: *in nullo unquam verius dicta.* Quid

multa? plebeio magistratui qui respondeat inserendus est honor patricius. Dictator dicendus. Splendebat in Tito *dictatoria vis eloquentiae, tribunicia potestas facundiae*, neque quisquam unquam maiore iure dictatoris vel tribuni nomine in republica erat appellatus, quam Titus in ingenii et artium civitate his titulis ornari merebatur. *Fulgurat in nullo unquam verius dicta* <dictatoria> *vis eloquentiae*, *tribunicia potestas facundiae.* Illa Plinio videntur vindicanda.

3.

Madvigii Adversaria Critica. II. p. 327. „Positis Philippi „Macedonis ex epistola ad Alexandrum verbis, quibus non „fideles esse amicitias pecunia emptas declarat, subiicit epi„phonema: A caritate istud pater, avus o Philippus, maiore „ex parte mercator Graeciae quam victor". Qui ultimus Valerium edidit, Kempflus, Madvigium secutus corrupta codicum verba ita refinxit: *a caritate istud pater*, *ab usu Philippus*, *maiore ex parte mercator Graeciae quam victor.* „Qua„tenus pater hoc scripsit ad filium, a caritate sumpsit, qua„tenus Philippus, ab usu et experientia, quam magnam huius „rei habuit", ita sententiam suam Madvigius exposuit. Quae protulit summus sermonis Latini existimator in hac quidem causa speciosiora, quam veriora. Nihil enim consilium, quod filio dabat Philippus cum caritate patris habebat commune: non ex pietate fluxit et amore, sed ex longo rerum hominumque usu et experientia. Nemo vero his verbis lectis et memor dicti illius, quo iactaret Alexandri pater nullam esse civitatem inexpugnabilem, quo, quamvis in arduo monte aedificata esset, asinus auro onustus adscendere posset, nemo non mirabitur consilium, tam parum ipsius factis congruum. Eius discriminis Valerio quoque in mentem venisse videtur,

cum scriberet: *caret auctoritate ad istud paterna vero* [1]) *Philippus, maiore ex parte mercator Graeciae quam victor.* Auctoritas, quae paternis consiliis inesse solet, deficiebat Philippum, quippe qui ipse parum sibi constans corruptione potius quam virtute Graeciam debellasset.

Ultraiecti.
m. Mart. 1898.

J. v. d. VLIET.

---

1) *a* initio sententiae vestigium esse videtur praepositionis *ad* non suo loco collocatae, et *-vus o* fortasse ex ů, vocabuli *vero* siglo, est corruptum. *Car* <et auctor> *itate a*<d> *istud pater*<n> *a vero Ph.*

CONSTANTINO CONTO VIRO HONORATISSIMO
DE LITERIS GRAECIS OPTIME MERITO.

Constantino Conto viro honoratissimo de literis Graecis optime merito

S. Q. P. D.

IOANNES CHRISTOPHORUS VOLLGRAFF
Litt. Doct. in Univ. Bruxellensi Prof. Ord.

Saepe et tua scripta legens, praestantissime CONTE! et LAMPRI DOSSII SACORRAPHI aliorum τῶν νῦν Ἑλλήνων commentationes prope singulares in memoriam redeo felicium illorum dierum eheu! jamdudum praeteritorum, quibus mihi contigit adire Corinthum et curto mulo magna parte Helladis peragrata exhaustas vires reficere Athenis ταῖς ἰοστεφάνοις. Ubi etiam magis quam in Italia „fulsere vere candidi mihi soles". Nam cum aliis in rebus haud ita paucis Graeci qui nunc sunt majorum consimiles esse videntur tum externos homines φιλέλληνας comiter per domos invitando vindicant atque tuentur avitam hospitalitatis laudem. Et sane in Attica, si solos canes ferocissimos exceperis, quos aut domitos aut saltem firmiter capistratos oportuit, delectabant me tantum non omnia.

Itaque, dum spiritus hos reget artus, semper et amplum Theseum recordari juvabit per tot barbara secula paene integrum servatum et Acropolin plena luna illuminatam et mellifluum Hymettum ad vesperam per liquidum aerem rosea

luce fulgentem — quantum placebat τὸ Ὑμήττιον μέλι! — nec non mare caeruleum ποντίων τε κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα.

Sed ante omnia lubens in memoriam revoco duas sorores Athenienses a Gratiis nonnisi numero differentes, quae lenta patientia me docere conabantur τὴν χυδαίαν γλῶσσαν, et Te, clarissime *Conte*! inde a prima hora diei auditorum cujusvis generis atque ordinis maxima corona Demosthenis orationes et usum loquendi elegantia prope Cobetiana docte explicantem.

Salve mihi vir eruditissime! qui semper Cobeti nostri τοῦ μακαρίτου tam optimum discipulum quam ex animo amicum te praestitisti: salve iterumque salve!

Precor autem D. O. M. ut quae tibi largitus est corporis animique bona ea per alteros viginti quinque annos sustentet et confirmet.

Quot mendis et emblematis omne genus optimus codex Σ Demosthenis sive solus sive juxta cum deterrimis inquinatus sit, luculenter demonstravit *Cobetus* in *Miscellaneis Criticis*. Itaque sedulo cavendum editoribus necubi nimia admiratione egregii libri Parisini inducti cum Σ errare malint quam cum aliis libris MSS et cum Dionysio Halicarnassensi verum videre. Perperam e codice Σ nunc a Weilio et aliis quibusdam editur Or. περὶ τῶν συμμοριῶν § 14: Ἔστι τοίνυν πρῶτον μὲν τῆς παρασκευῆς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μέγιστον, οὕτω διακεῖσθαι τὰς γνώμας ὑμῶν. Rectissime et alii codd. nonnulli et Dionysius (de Thucyd. Hist. Jud. c. 54) habent ὑμᾶς. Nam liquido patet *accusativum* requiri e sequentibus ὡς ἕκαστον ἑκόντα προθύμως ὅ,τι ἂν δέῃ ποιήσοντα.

Ibidem § 15 ubi legimus: ὁρᾶτε γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ὅσα μὲν πώποθ' ἅπαντες ἐβουλήθητε καὶ μετὰ ταῦτα (τὸ πράττειν) αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτῷ προσήκειν ἡγήσατο, οὐδὲν πώποθ' ὑμᾶς

ἐξέφυγεν, utique expellendum est additamentum τὸ πράττειν. Fraudem arguit articulus τὸ. Ferendum esset πράττειν vel καὶ πράττειν, sed melius omittitur. Cf. Or. Phil. I § 7 locum plane gemellum ubi in vv. πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν ἕτοιμος (πράττειν) ὑπάρξῃ verbum uncinis inclusum resecandum esse dudum monuit Cobetus.

Ibidem § 25. *Sunt*, inquit orator, *Athenis divitiae ingentes:* ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι τοιοῦτον ἔχουσι νοῦν ὥστ' εἰ πάντες οἱ ἐνταυθὶ λέγοντες φοβοῖεν ὡς ἥξει βασιλεὺς, ὡς πάρεστιν, ὡς οὐχ οἷόν τε ταῦτ' ἄλλως ἔχειν, καὶ μετὰ τῶν λεγόντων ἴσοι τὸ πλῆθος τούτοις χρησμῳδοῖεν κτλ.

Reiskius, cui astipulatur Cobetus, conjecit: „χρησμῳδοὶ *nempe* φοβοῖεν". Equidem suspicor Demosthenem dedisse χρησμῳδοὶ εἶεν et inde natam esse vitiosam scripturam χρησμῳδοῖεν.

Or. ὑπὲρ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας.

§ 15. καὶ ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶπον ἄν, εἰ τῶν Ῥοδίων δήμῳ μόνον ἡγούμην συμφέρειν· οὔτε γὰρ προξενῶ τῶν ἀνδρῶν οὔτ' ἰδίᾳ ξένος αὐτῶν οὐδείς ἐστί μοι· οὐ μὴν οὐδ' εἰ ταῦτ' ἀμφότερ' ἦν, εἰ μὴ συμφέρειν ὑμῖν ἡγούμην, εἶπον ἄν, ἐπεὶ Ῥοδίοις γ', εἰ οἷόν τε τοῦτ' εἰπεῖν τῷ συναγορεύοντι τῇ σωτηρίᾳ αὐτῶν, συγχαίρω τῶν γεγενημένων, ὅτι τοῦ κομίσασθαι τὰ ὑμέτερ' ὑμῖν φθονήσαντες τὴν αὐτῶν ἐλευθερίαν ἀπολωλέκασιν.

Haereo in verbo συγχαίρω quod hic (ut saepissime in quovis sermonis genere) εἰρωνικῶς esse positum omnino vetant antecedentia εἰ οἷόν τε τοῦτ' εἰπεῖν τῷ συναγορεύοντι τῇ σωτηρίᾳ αὐτῶν (Tournierus hiatus vitandi causa transponit αὐτῶν συναγ. τῇ σ.). Sensisse hoc videtur Schaeferus, qui tamen minus recte interpretatur: „*una vobiscum gaudeo*". Nam si ita esset vertendum, unde penderet *dativus* Ῥοδίοις? Weilius autem

conjiciendo [ἀλλ'] ἐπὶ Ῥοδίοις totam sententiam pervertit.

Nonne ut omnia recte procedant corrigendum: ἐπιχαίρω? Cf. § 21. καὶ γὰρ οὐδ' εἰ δίκαιά τις φήσει Ῥοδίους πεπονθέναι, ἐπιτήδειος ὁ καιρὸς ἐφησθῆναι· δεῖ γὰρ τοὺς εὐτυχοῦντας περὶ τῶν ἀτυχούντων ἀεὶ φαίνεσθαι τὰ βελτίονα βουλευομένους, ἐπειδήπερ ἄδηλον τὸ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις. Ubi verissime annotat Weilius: „L'orateur a tenu un langage tout différent au paragraphe 15. *Il était d'abord entré dans les sentiments de son public;* depuis il a agrandi la question, il a considéré les choses de plus haut, et il voit les Athéniens préparés à accepter des sentiments plus généreux".

Ibidem § 22. Οὐ γὰρ ἄν ὑμᾶς βουλοίμην δόξαν ἔχοντας τοῦ σώζειν τοὺς ἀτυχοῦντας ἀεὶ, χείρους Ἀργείων ἐν ταύτῃ τῇ πράξει φανῆναι, οἳ χώραν ὅμορον τῇ Λακεδαιμονίων οἰκοῦντες, ὁρῶντες ἐκείνους γῆς καὶ θαλάττης ἄρχοντας, οὐκ ἀπώκνησαν (οὐδ' ἐφοβήθησαν) εὐνοϊκῶς ὑμῖν ἔχοντες φανῆναι.

Dele οὐδ' ἐφοβήθησαν. Non solet summus orator, ut Isocrates ejusque imitatores, ἰσοδύναμα otiose cumulare, quae sententiam non ornant sed onerant.

Ibidem § 30. Ἐπειδὴ τοίνυν ὑμῖν ἐγνωκέναι τὰ δίκαια (ποιεῖν) ὑπάρχει, ὅπως καὶ πρᾶξαι ταῦτ' ὑμῖν ἔσται δεῖ σκοπεῖν.

Opponuntur inter sese a Demosthene ἐγνωκέναι τὰ δίκαια et πρᾶξαι τὰ δίκαια, PERSPECTUM HABERE *quid justum sit* et FACERE *quae debeas.* Verbo ποιεῖν hic nullus omnino locus est. Quamobrem inducendum mihi videtur nec cum Reiskio mutandum in εἰπεῖν aut cum Weilio, compluribus vocabulis transpositis, in δοκεῖν.

Admodum vitiose idem verbum ποιεῖν exhibet solus codex Σ Orationis spuriae περὶ τῆς εἰρήνης § 24.

Ἀλλ' ὡς οὔτε πράξομεν οὐδὲν ἀνάξιον ἡμῶν αὐτῶν οὔτ' ἔσται πόλεμος, νοῦν δὲ δόξομεν πᾶσιν ἔχειν καὶ τὰ δίκαια λέγειν, τοῦτ' οἶμαι δεῖν ποιεῖν.

Ceteri libri habent δείξειν vel δεῖξαι quae est Graeculi acutuli correctiuncula. Tu eruditissime Conte! vide an mecum legas σκοπεῖν.

BOETHII FRAGMENTUM NOTIS TIRONIANIS DESCRIPTUM.



Boethii Fragmentum Parisinum.

BOETHII fragmentum notis Tironianis descriptum.

(ADDITUR TABULA LITHOGRAPHICA).

Codex Parisinus Bibliothecae Rei Publicae Gallicae Lat. membr. 7925 (Colbert. 2077, Reg. 5588), a Leopoldo Delisle Viro Inlustrissimo Leidam meum in usum liberalissime missus, continet Vergilii carmina maiora saec. IX satis bene scripta. Manus altera, saec. X, notis Tironianis hic illic usa, scholia permulta, uerbosius uero quam doctius adiecit. Vtriusque scripturae specimen in libro utilissimo simul et pulcherrimo „Paléographie des classiques latins" dedit Aem. Chatelain tab. LXXIII, 2, qui in comm. ad eam tabulam ualde probabiliter coniecit codicem illum ex Gallico S. Martialis Lemouicensis coenobio esse oriundum.

Initio libri fol. 1—1' inueniuntur Praefatio Tetrasticho-rum in cunctis libris Vergilii (*Qualis bucolicis* ..... *lege carmina nostra* = Baehrens, Poet. Lat. Min. IV, pag. 173, uss. 1—4) et Octauiani Caesaris quod dicitur carmen de Vergilii testamento (*Ergo[ne] supremis potuit* ..... *relegatur ametur* = Baehrens, IV, pag. 179 n°. 183).

Fol. 1r post Octauiani carm. us. 31 in paginae margine inferiore manus eadem ut mihi uidetur quae scholia illa scripsit, saeculo X addidit et alios uersus quosdam (Pseudo-Martialis *Mane exoro deum* cet. = Baehrens, IV, pag. 116, uss. 2, 4, 6, cet.) et Boethii Consolationis Philosophiae

fragmentum lib. III, v, v, uersus 1—10. Quod ut in artissimo spatio librarius describeret totum, non cuncta uocabula plene scripta posuit sed pleraque per *notas Tironianas* significauit. Legendum autem notis solutis et per *inclinatas litteras* indicatis est in hunc modum:

VERSUS BOECII

(1) *qui se uolet esse potentem*
animos domet ille feroces
ne uicta libidine /////
(2) fedis *summittat abenis.*
[us. 5] *etenim licet indica longe*
tellus tua iure tremiscat
(3) *et seruiat* ultima (insula) tile
tamen atras (tetras) pellere curas
miserasque fugare querellas
(4) *non posse potentia non est*

Ad uerba Boethii recensenda parum nos lucrari ex paruo hoce fragmento non est quod moneam: conspirat fere ubique cum codicibus nunc notis, nec quicquam habet memoratu dignum nisi us. 3, ubi cum uno codice Tegernseensi optimo et uetustissimo (*cod. T* in edit. Peiperi) communem praebet lectionem *ne uicta*, quod in reliquis cunctis est mutatum in *nec uicta.*

Quodsi tamen dignum iudicaui hoc fragmentum quod lithographica arte in usum uocata hic edam, rei palaeographicae studiosis id non prorsus ingratum fore confido, quos non latet quantopere sint rara exempla operis alicuius ueteris notis Tironianis descripti. Plerumque enim illae adhibebantur ad celerius quaedam scribenda quae aut usui destinabantur praesenti, aut quae memoria fere tenebantur a quouis docto (ueluti Psalterium), rarissime uero in describendo libro uere antiquo,

nec nisi paucissima nobis supersunt fragmenta auctoris alicuius „classici" potissimum dicti notis descripta. Pauca illa quae nunc nouimus enumeraui in commentatiuncula mea „de C. Plinii Caec. Sec. epistularum fragmento Vossiano notis Tironianis descripto" (Lugd. Bat. 1890), pag. 23—25.

Ipsae autem huiusce fragmenti notae et ideo ob palaeographicas rationes alicuius sunt momenti quia nos docent quomodo labente sensim illarum studio, saec. fere decimo, librarii eas uel inter se confusas deformarint, uel parum perspecta uera earum natura nouas finxerint; saepius quoque uocabula plene scripta notis intermiscuerint. Et huius quidem rei, notis intermisceri esse coepta uocabula plene scripta, exempla habemus sat multa et antiqua, saeculi certe noni. Illius uero nouandi rationis indicia supersunt admodum pauca. Etenim in antiquiore Romanorum tachygraphia uocabulum totum significabatur nota una (nota „principali"), cui nota auxiliaris („titula") si uocabuli terminatio erat indicanda, addebatur. Et pleraque quae nouimus monumenta Tironiana saec. VIII—IX sic scripta reperiuntur. Eius uero tachygraphiae „uerbalis" seuerae legis immemores librarii posteriores saec. fere decimi, si aut nomina propria aut alia uerba non inuenta in notarum indicibus erant describenda, uel si notariae artis haud satis periti notae alicuius ueteris „principalis" quamcumque ob causam non meminerant, aliter sibi consulebant: uocabulo enim in singulas syllabas diuiso quamque syllabam separatim per notam scribebant ita ut ex. gr. quattuor syllabarum uocabulum significarent per notas quattuor, non iam, ut in antiquiore tachygraphia, per unam [1]). Quae tachygraphia „syllabaris" inde dicta, apud Graecos est usitatis-

1) Cf. W. Schmitz in „Panstenographikon" I (1869), pag. 22 = Eiusdem „Beiträge zur lat. Sprach- und Literaturkunde" (1877), pag. 218.

sima [1]), apud Latinos uero non ita. In hoce autem fragmento Parisino saepius uidemus librarium rationis ueteris ignarum, i. e. „uerbalem" tachygraphiam non satis callentem, „syllabari" illo scribendi modo utentem, ut exemplis demonstrabo in indice quem iam componam cunctarum hic exstantium notarum quas singulas explicabo comparatas cum iisdem uel similibus repertis in Koppii Lexico Tironiano (in eiusdem Palaeographiae Criticae tom. II) et in *Notarum Bernensium* indice (Panstenographikon I, 1869) a Schmitzio edito. Cuius Viri Clarissimi „notarum parentis" iure nuper uocati doctrinae simul et propensae erga me benignitati quid hac quoque in re debeam praedicare satis non possum, animo gratissimo recordabor semper.

Explicabo autem notas sic ut litteris indicem maiusculis earum elementa quae ex ipsius scripturae Latinae maiusculae (seu potius cursiuae quae pars est habenda maiusculae) elementis constare dudum est comprobatum [2]). Quae uero praeterea in illis sublucent uel sublucere saltem uidentur, uncinis inclusa addam. Eodem modo, sed *inclinatis litteris*, soluam notas auxiliares seu „titulas" quae uocabulorum terminationes plerumque indicant.

Lin. 1.

Q(i) qui. Kopp pag. 303. Not. Bern. 9, 4.

S se. 328. NB. 14, 85.

VOL (*e*)*T* uolet. Accurate est ficta haec nota cunctis elementis expresse significatis. Aliud nondum inueni exemplum, sed comparandum est VOL *It* = uoluit 400. NB. 26, 68. Et recte quidem sic formatur nota, ut distingua-

---

1) Cf. ex. gr. O. Lehmannn, „Die tachygraphischen Abkürzungen der griech. Handschriften" (1880), pag. 16 sqq.

2) Cf. Massmanni, „Libellus Aurarius" doctissimus, pag. 67 sqq.; Zangemeister in „Neue Heidelberger Jahrbücher" II, 1892, pag. 31 sqq.

tur inter *uolet* a *uelle* et *uolet* a *uolare* quod VL (*e*)*T* scribitur in Lehmanni Psalterio Tiron. 28r, 13 (uid. ibid. pag. 32); cf. VL *A*(*t*) = uolat 397. NB. 57, 5.

E(s) *E* esse. 114. NB. 7, 40.

P *E*(*t*)*M* potentem. Cf. P *E*(*s*) = potes 262. NB. 7, 50. — *E*(*t*)*M* = entem 122. NB. 11, 54.

A *O*(*s*) animos. Cf. A. = animus 3. A *E* = anime Lehmann, Tiron. Psalter. 5v, 6. — *O*(*s*) = os 249. NB. 12, 37.

DO (*e*)*T* domet. 103. Cf. DO. = domus 104. NB. 64, 88.

IL *E* ille. 180. NB. 8, 2.

N(e) ne. 235. NB. 14, 46.

VC(x) *T*(*a*) uicta. Perperam ficta est haec nota: VC nota principalis recte quidem est scripta, deriuata a *uinco* (391), sed *T*(*a*) titula illi erat subscribenda, ut VC *T*(*us*) subscripta titula inuenitur pro *uictus* a *uinco* 392. NB. 44, 114. Eius uero notae inscius librarius noster notas principalem et auxiliarem in decusses obliquas posuit confuditque ergo *uictus* (a *uinco*) cum *uictus* (a *uiuo*) 388. 17, 48. Soluenda igitur est haec nota VC(x) *T*(*a*) = uicta.

L(i) BID(i) *N*(*e*) libidine (206. 44 n°. 2. Ruess, Tiron. Endungen, pag. 19; 38). Est ergo tachygraphiae „syllabaris" exemplum; singulae enim quaeque syllabae significantur. — Vetustior pro *libido* cognita nota est: L(av) *O* 206. NB. 50, 37.

Post illam notam quaedam in codice sunt erasa; *colla* Boethius.

Lin. 2.

S(ui) M *A*(*t*) summittat. Cf. S(ui) M *I*(*t*) = summittit 348. NB. 27, 98. — *A*(*t*) = at 4. Ruess, Tiron. Endungen, pag. 5; 37.

A(b) E *N*(*is*) abenis. (4, 112, 236) tachygraphia syllabari. In NB. 60, 67 est H(n)B. = Habena. — Hic ut *abere* pro

habere, cet. scribitur *abenis* pro *habenis*; cf. Brambach, Neugestaltung d. lat. Orthographie, pag. 283 sqq.; 314.

(e)T *E* etenim. 375. Lehmann, Tiron. Psalter. pag. 44.

L (*e*)*T* licet. 202. NB. 38, 105.

I(n) D(i) *CA* indica. (I(n) 163. D(i) 90. *CA* 53) tachygraphia syllabari.

L *E* longe 205. Non inuenitur in NB., sed cf. Lehmann, Psalter. 10r, 15 et L = longus 205. NB. 5, 24.

TL *S* tellus. 377. NB. 73, 106.

T(u) A tua. 370. NB. 8, 79.

Lin. 3.

(e) T et 367.

SRV(i) *A*(*t*) seruiat. SR = ser 357. V(i) = ui 387. Cf. SRV(i) *V*(*it*) = seruiuit Lehmann, Psalter. 15v, 6.

T. tamen. 368. Ruess, Ueber die Tachygraphie der Römer, pag. 19.

A *A*(*s*) cui superscriptum tetras interpretamentum apparet significare *atras*; alibi R elementum semper additur, uelut ARer = ater NB. 56, 25. ARum = atrum 30. ARi = atri NB. 56, 26.

MS *R*(*as*). miserasque. Cf. MS. = miser NB. 46, 54. — *R*(*as*) = ras NB. 14, 71. Nota apud Koppium 314 R(as) = ras, R elementi cauda sinuata, haud est accurata; hoc enim non est R(as) sed RS apud ipsum Koppium 326. — . = que 409. Ruess, Tachygraphie d. Röm. pag. 5.

FV *AR*(*e*) fugare. Cf. FV *A* = fuga 145. NB. 33, 57. — *AR*(*e*) = are 31. Ruess, Tiron. Endungen, pag. 4.

QL(e) *L A*(*s*) querellas. Cf. QL *A* = querela 306. NB. 39, 5. *A*(*s*) = as 5. Dubium de hac nota nequit esse, quamquam et titulae insolito modo sunt positae et in notis Tiron. adhuc cognitis *querela* ubique per unam *l* scriptum in-

uenitur: hîc per duas *ll* scribitur ut ex. gr. in uetustissimis codd. Vergilianis; cf. Ribbeck, Proleg. Verg. pag. 429.

Lin. 4.

N(o) non. 238. NB. 3, 62.

P(os) *S(e)* posse. 265. P(os) = pos NB. 14, 64.

P(ot) *EA* potentia. P(ot) = pot 262. NB. 7, 50 sqq. in *potes* cet., supra lin. 1: P *E(t)M* = potentem. — *EA* = entia 114. NB. 11, 59. — Ficta est ergo nota haec ad similitudinem notae P *E(s)* = potes 262. NB. 7, 50, itaque melius quam notae OP *T(i)A* = potentia 256, OP. = potens 256, NB. 7, 56.

N(o) non. cf. supra.

E(s). est. 114. NB. 7, 38.

S. G. DE VRIES.

AD ARCHILOCHUM ET THEOGNIDEM.

Ad Archilochum.

Fragm. 50: Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματ'.

Hunc locum imitati sunt et Aristophanes (Pax 603): ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματα (Diod. Sic. 12, 40, 6 legit: ὦ λιπερνῆτες γεωργοί, τἀμά τις ξυνιέτω ῥήματ') et Cratinus in fabula, quae inscribitur Πυτίνη, qui plane isdem verbis, quibus Archilochus, usus esse videtur aut leviter mutatis (θεαταί pro πολῖται), ut suspicatur Kockius (fragm. Com. 198)*). Alibi vocabulum λιπερνῆτες nusquam invenitur, nisi apud lexicographos, qui id enodare studuerunt. Praeterea Etym. M. (566, 53) laudat hemistichion, quod Callimachi fuisse satis constat (cf. Bergk ad Archil. fr. 50): οὐ γάρ μοι πενίη πατρώιος οὐδ' ἀπὸ πάππων εἰμὶ λιπερνίτης, in quo versu vocabulum πενίη probat, Callimachum eandem vim tribuisse illi λιπερνίτης atque Photium (p. 225, 24 ἤτοι λιποπόλεις ἢ πένητες) et Hesychium (ὁ ἐκ πλουσίου πένης ἢ ἐξ ἀγροῦ εἰς πόλιν πεφευγὼς ἢ ὁ λιπόπολις). Quae interpretatio unde orta sit, apparet ex Etym. M.: σημαίνει τὸν ἐνδεῆ καὶ πτωχὸν παρὰ τὸ λείπεσθαι ἐρνέων (!), ὅ ἐστι φυτῶν. Haec si vera essent, forma vocabuli certo fuisset λιπουρνήτης; sed ipsa derivatio

---

*) Eupolis (fragm. 357) eosdem versus in fabula adhibuit omisso vocabulo λιπερνῆτες.

ridicula est, nam neque pauperes solent urbem relinquere verum petere, neque τὸ ἔρνος a Graecis pro nutrimento usurpatur. Omnia ficta puto, quod vocabulum non amplius intellegebatur, et potius nobis attendendum ad ea, quae apud Etym. M. sequuntur: φησὶν Ἀριστόξενος τοὺς ἁλιεῖς καὶ θαλασσίους ἀπὸ τοῦ τῆς ἁλὸς διαπιπράσκειν καὶ ζῆν. Ex eiusmodi interpretatione satis liquet, ab illo Aristoxeno iam olim lectum esse ἁλιπερνῆτες, quae vox optime quadrat in Archilochi cives, qui merces mare (ἅλς) transportare (πέρνημι) solebant, utpote Parum insulam habitantes. Itaque legendum existimo:

ὦ ἁλιπερνῆτες πολῖται κτέ.

quo in versu synizesis*) causa fuit, cur littera α delitesceret novumque irreperet vocabulum in lexica et comoedias.

Ad Theognidem.

Versus 415 sqq. a Bergkio in editione quarta poetarum lyricorum ita sunt editi:

Οὐδέν' ὁμοῖον ἐμοὶ δύναμαι διζήμενος εὑρεῖν
πιστὸν ἑταῖρον, ὅτῳ μή τις ἔνεστι δόλος·
ἐς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατρίβομαι ὥστε μολύβδῳ
χρυσός, ὑπερτερίης δ' ἄμμιν ἄπεστι νόος.

Sed codices praebent lectionem multo meliorem: παρατριβόμενός τε μολύβδῳ (cf. v. 1105) et deinde post vocabulum ὑπερτερίης omittunt δ'. Porro retinendum est ἔνεστι, quod in libris est, pro ἄπεστι et delenda interpunctio post χρυσός. Sententia enim loci haec est: mihi inest (ἄμμι ἔνεστι) mens superior (ὑπερτερίης νόος), ad obrussam exacta (ἐς βάσανον ἐλθών) et tamquam aurum una cum plumbo per lapidem

*) Cf. Od. 17, 375.

Lydium examinata (παρατριβόμενός τε μολύβδῳ χρυσός); breviter dictum pro hoc: mihi inesse apparebit mentem superiorem, amicis autem dolum, si illa ad obrussam exigatur et tamquam aurum cum plumbo (h. e. cum amicis perfidis) per lapidem Lydium examinetur. Omnes mutandi conatus orti sunt ex eo, quod abest particula comparativa, velut ὥστε sive ὥσπερ. Sed haec saepius omittitur et ab aliis poetis in comparationibus et ab ipso Theognide v. 1361: ναῦς πέτρῃ προσέκυρσας ἐμῆς φιλότητος ἁμαρτών, ὦ παῖ (cf. v. 1105 sqq. et 449 sqq.). Nihilo magis necessaria est coniectura Hartungi παραβάλλομαι, nam eadem significatio et vis iam reperitur in verbo παρατρίβεσθαι propter praepositionem παρά. Non enim significat, aurum plumbo fricari, sed alterum iuxta alterum in lapide Lydio examinari, sicut optime perspicitur ex Herod. VII 10 (initio).

Groningae, mense Martio 1893.

J. VAN WAGENINGEN Jr.

HERONDAE ΠΑΡΟΙΜΙΑ.

Herondae *Παροιμία.*

Civis Tuus Megasthenes, clarissime Κόντος, primus Graecorum fuit qui suis aequalibus posterisque de India atque incolis eius fide digna tradidit. Alter civis Tuus, Γάλανος, qui in priore nostri saeculi parte floruit, ἰατρὸς ἀνήρ atque, ut ille Theocriteus Νικίας, ἔξοχα πεφιλαμένος ταῖς ἐννέα Μούσαις, perinde Indiam lustravit et multa Indorum venuste scripta in Tuam suamque ipsius linguam transtulit, ne fabulas quidem spernens, quarum apud Indos magnam possis invenire copiam. Megasthenis quoque temporibus Graecos istiusmodi fabulis delectatos fuisse easque, in India libenter auditas, integras vel leviter immutatas lacerasve secum οἴκαδε deportasse cum aliis argumentis tum hoc uno exemplo fortasse ostendi potest.

In nuper reperto mimiambo Herondae qui Διδάσκαλος inscribitur occurrit locutio proverbialis adhuc tantum in Senecae Ludo de morte Claudii obvia.

Λαμπρίσκος ludimagister discipulum protervum objurgans: „nequam es, inquit, ita ut ne mango quidem te laudare auderet οὐδ' ὅκως χώρης οἱ μῦς ὁμοίως τὸν σίδηρον τρώγουσιν, ne in illa regione quidem ubi mures ferrum rodunt!" De significatione verborum nulla potest esse dubitatio. Regio ubi mures

ferrum rodunt non ita multum distat ab illa parte orbis terrarum ubi asini et lupi per aëra volant, ubi hircos mulgent, bovi clitellas imponunt, aliaque fiunt fieri quae posse vulgo negant. [Vide v. d. O. Crusium in libro cui titulus est: Untersuchungen zu den Mimiamben des Herondas.] De origine proverbii quid mihi videatur Tibi dicam. Est in India perantiqua sylloge fabularum, non tantum fabulas Aesopias ut Lupum et Gruem, Vulpem et Corvum amplectens sed etiam fabulas Milesias docte atque elegantissime elaboratas. Inter has fabulas, Pâlice, id est lingua sacra Buddhae scriptas, una invenitur quae per varios casus et multa discrimina rerum traducta devenit etiam in lepidissimi Galli Lafontaine fabularum librum nonum, illa fabula, qua narratur mercator quidam peregrinaturus ferri laminas in domo amici deposuisse. Ex itinere rediens amicum adit atque res suas sibi reddat rogat. Infidus amicus illi respondet mures omnes ferri laminas rosisse. Haud perturbatus alter callido consilio filiolum fraudatoris secum ductum abscondit reposcentique patri respondet puerum ab accipitre esse raptum. Res ad judices defertur, quibus mirantibus quomodo accipiter puerum rapere potuerit vafer homo dicit id ibi fieri ubi mures ferrum rodant.

Iam ante Alexandri magni aetatem huiuscemodi fabulas in India vulgo notas fuisse cum aliunde constat tum luculente apparet e multis figuris insculptis in monumento lapideo, certo non multo post trecentesimum ante Christum natum annum in Buddhae honorem extructo, cuius reliquiae, non ita multi anni sunt, repertae in pago Indico Bhârhut a viro doctissimo Britanno Cunningham explicatae sunt. Inter illas sculptas imagines multae sunt quae titulis ornatae varias fabulas, in illa sacra sylloge traditas, exprimunt et repraesentant. Non pro certo affirmare ausim — quis in tali re auderet? — attamen verisimillimum mihi videtur Graecos, homines φιλοκάλους et φιλο-

λόγους, huiuscemodi fabulas in India audisse auditasque et memoria retentas domum reversos aliis narrasse. Unde facile potuit evenire ut dictum de regione ubi mures ferrum rodant, quod quasi nucleum fabulae continet, in proverbium abierit.

S. I. WARREN
Gymnasii Dordraceni Rector.

Stanford University Libraries
3 6105 005 692 699

Stanford University Library
Stanford, California

In order that others may use this book, please return it as soon as possible, but not later than the date due.